TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala Reserva
Número 1

2 - 1

Res.

1

Res. 1 (1)
T. 146697
R. 302 882
C. 1194250

Res. 1(2)
T, 146715
R. 375656
C. 1194285

Res. 1(3)
T. 146717
R. 375651
C. 1194286

Res. 1(4)
T. 146719
R 375 652
C. 1194287

Res. 1(5)
T. 146720
R. 375653
C. 1194 288

Res. 1(6)
T. 146722
R. 375654
C. 1194289

Res. 1(7)
T. 146738
R 375655
C. 1194291

DANIEL,

SIVE,

DE SAECVLIS CODEX INTEGER,

A

BENEDICTO ARIA MONTANO HISPALENSI RATIONEM EX SACRIS nominibus ſubducente, conſcriptus.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

OMNIA *ferè quæ de temporum ratione ſignificata maioribus ſummis in ſacra Bibliorum hiſtoria nobis credenda proponebantur, minutis numeris è propriis locis ſigillatim in hunc codicem relata, iam velut demonſtrata tenere licebit. Expectabis verò ab auctore ipſo (tantùm Deus illius vota ſecundet) maius opus, in quo hiſtoriarum in ſpeciem circa tempora repugnantiæ apertiſſima explicatione dirimantur. Interim his fruere laboribus tibi magno ad lucem ſacræ lectioni admouendam vſui futuris.*

ANTVERPIÆ
Excudebat Chriſtophorus Plantinus Prototypographus
Regius, ad ſacri Apparatus inſtructionem.
Anno M. D. LXXII.

IN LEGE
DE CAPTIS CODEX
DANIELIS

BENEDICTI ARIAE MONTANI

HISPALENSIS IN DANIELEM, SIVE SAECVLORVM INDICEM DE TEMPORVM VSV, PRAEFATIO.

ARVM *omnium rerum quæ in hac vniuersitate conspiciuntur, natura, proprietas, & efficacia nullo certiore indice, quàm tempore demonstrari & cognosci potest. Eius quippe vim nulla res creata non sentit & experitur. Deus enim hanc rebus omnibus legem imposuit, vt nihil omnino, cuius tandem generis illud sit, certis quibusdam temporis rationibus non distinguatur. Ideoque fit, vt non tantùm homines, cæterorumque animantiũ ætates, & earum partes; verùm etiam plantæ, lapides, metalla, elementa, atque adeò tota hæc rerũ machina, quam Mundum appellamus, ob hanc diuturnitatẽ certis ac præfinitis quibusdam temporis æstimationibus addicta sit. At verò ante conditũ cælum, tempus etiam fuisse constat; siue id breuissimum, siue notabili aliquo spatio longius fuerit. neque dubium est quin maximæ ac potissimæ mundi partes in certo temporis puncto à Deo fuerint conditæ, sicut scriptum est: In principio creauit Deus cælum & terram. Principium autem sanctus Propheta id esse adnotat, quod anteriorem temporis partem definiuit; Hebraica dictione* RESITH, *quod capitale, hoc est, capitis vicem gerens, significat. Chaldaica verò* KADMIN, *quod, licet minùs Latinè, commodè tamen & significanter anterioritatem, siue antecapedinem dicere possumus. Est autem Tempus continua quædam perpetuitas, ac series partibus sibi omninò similibus constans, rerum omniũ dissimilitudines, varietatesque efficiens; ipsa verò in ijsdem talem se præbens, vt semper obseruari, annotariq; possit. Illa enim totius orbis, eiusq; partiũ maxima distinctio, quæ discrimen ponit inter esse & non esse, ex temporis obseruatione prouenit. Sic enim legimus: Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Ex quo patet illud, Iam, quo se sapientia conceptã dicit, temporis notam esse, & ante abyssos, hoc est, ante mundi elementa fuisse. Lux etiam ipsa tempore à tenebris distincta effulsit, & noctẽ à die separauit: siquidem ea post aquas, cælum, ac terras condita est. Dies verò & noctes, lucis ac tenebrarũ terminis sunt constitutæ. dixit enim Deus: Fiat lux; & facta est lux. & vidit Deus lucem quòd esset bona, & diuisit lucem à tenebris, appellauitque diem, Lucem; & tenebras, Noctem: factumque est vespere & mane dies vnus. Porrò cæterarum omnium rerũ genera, atq; adeò ipsam humanam naturã in certo tempore conditam fuisse, cùm id ex sacræ Scripturæ libris manifestè appareat, constanter credimus: quandoquidem vnicuique ex rerum naturis; simulac à Deo editæ fuerunt, certi dies sunt assignati, qui quidem, temporis ipsius indices sunt certissimi. Sic ergo statuendum est: Tempus virtutis ac potentiæ diuinæ primum fuisse testem, idemq; vsque ad finem mundi, Dei sapientiæ ac prouidentiæ perpetuum fore indicem: quippe quod omnia, ijsdem, quibus ea accepit, legibus, vel in lucem emittit, vel deterit & consumit, aut tenebris iterũ obuoluit: sicut scriptum est: Tempus posuit tenebris, & vniuersorũ finem ipse considerat. Est igitur tempus, rerum omnium, atque adeò ipsius mundi, Dei auctoritate constitutus exactor, diuinæ voluntatis obseruantissimus, ac eiusdem minister fidelissimus: qui earum omnium rerũ, quæ iam conditæ sunt, & earũ etiam quæ iam fiunt, initia, accretiones, diminutiones, exitus explicat, nullũq; omnino genus se prius, aut superius agnoscit, excepta vnica diuina natura, cui se obsequentissimum præbet. Illa enim cum suis effectionibus semper est eadem, sui similis, constans, æterna, viuens, quinimo vita ipsa: cuius quidem perpetuitatẽ & infinitatẽ non aliundè quàm à semetipsa petitam, atq; à nullo principio ductam, aut fine aliquo terminatam, nulla temporis circũscriptio metitur. Huius autẽ naturæ perpetuitas ex altera temporis parte æternitatis notationẽ habet, cui diuina sapientia* קוֹדֶם & מִן *nomen imposuit. Ex altera verò post tempus ipsum in æternũ productã durationẽ, quam sacra Scriptura* עַד *appellat. Nos verò priorem illam* A; *vel* EX, & ANTE, *posteriorem verò* VLTERIVS *interpretamur. Vtramq; verò sacer ille vates ita exposuit: Parata sedes tua Deus ex tunc, à sæculo tu es. &, Exaudiet Deus, & humiliabit illos qui est ante sæcula. & nomen eorum delesti in æternum, & in sæculum &* עַד. *Qua de causa diuina illa natura à sacris vatibus omni tempore prior, & principij, ac finis expers celebratur. Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarũ sunt cæli; ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentũ veterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui nõ deficient. Etsi verò Deus nullo tempore circumscriptus, sed æternus, perpetuus; ac semper vnus, & idem est: attamen eorum omnium, quæ extra se facit, genera, quandoquidem singularum rerum natura id postulare videbatur, ad temporis rationem accommodauit. Idemq; ab ipsa mundi creatione ad finem vsque, certam quandam voluit extare mensuram, ad cuius normam singulæ res creatæ dirigerentur. Quæ res summæ ipsius sapientiæ, ac prouidentiæ consiliis ita est definita, vt temporis mutationes, rerumq. omniũ vicissitudines, ac tot denique admirabilia spectacula, infinitã illam sapientiam, potentiam, iustitiam, & misericordiam vtrique intelligentia prædito naturæ generi, spiritibus scilicet corporis expertibus, & hominibus ipsis patefaciant. Earum enim virtutũ effecta, si omnia simul & cõfusè explicentur, tantum abest vt ab infirmo & imbecillo hominũ ingenio percipiantur; vt ne ab ipsis quidem spiritibus comprehẽdi possint. Ea verò omnia Deus suis temporibus distinxit, altera enim ad ius hominibus reddendũ, & eos, prout meriti sunt, iudicandos; altera verò ad suæ misericordiæ thesauros explicandos pertinent. Vt enim se summè misericordẽ ostenderet, infinita illa ipsius beneficia, non ad eius, quam speramus, posterioris & æternæ vitæ tempora distulit, sed vel ab ipso mundi initio summam liberalitatem, ac munificentiam in probos, ac pios quosque homines exercuit. Atque vt pientissimum, eundemque iustissimum se ostenderet, iudiciorum suorum seueritatem & grauitatem clementia & misericordia ita compensauit, vt nunquã nisi eos quos diu, multumque tulit, & ad bonam frugem prouocauit, dignis pœnis supplicijsque afficiat. Siquidem ipse cùm sit æternus, sibi ipse præsens, & omnia semper sibi præsentia agat, nulla temporis mora & longitudine aliquo modo detineri aut affici potest: sicut scriptum est: Vnum verbum hoc non lateat, vos charissimi, quia vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & anni mille sicut dies vnus. Non tardat Deus promissionem suam, sicut quidã existimant, sed patienter agit propter vos,*

Tempus quid.

Iam.

Lux.

Dies. Nox.

Iob 23.

Psal. 92. Psal. 54. Psal. 9.

Psal. 101.

2. Pet.

Exod.20. nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. & , Ego Dominus Deus tuus fortis zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me , & faciens miſericordiam in millia ijs qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. Tempus etiam conſtituit Deus teſtem aduerſus inſaniam Luciferi , qui quidem per dementiſſimam temeritatem, de ſapientia cum Deo ipſo contendere auſus eſt, adeò vt ſe victorem euaſurum putarit, ſi modò eam poſſet euertere rationem, quam Deus de extollenda, & infinitis beneficijs cumulanda humana natura apud ſe inierat. ſperabatque fore vt aſtutia calliditasque ſua ætatis progreſſu confirmata , altiores indies ageret radices: atque ipſe quò magis ſeneſceret , eò maiorem ex longo vſu & experientia , rerum omnium cognitionem caperet. quippe cùm in comperto ſit, ijs qui ſuapte natura, rerum omnium cognitionem nõ habent, ex multarũ rerum experimento plurimum doctrinæ accedere. Itaque ſat longum temporis ſpacium à diuina prouidentia conſtitutum eſt, quo exacto, insignis Luciferi aſtutia, calliditas, impotentes illi conatus & furores compreſſi, & infracti deprehendantur. Siquidem demens ille ſapiens, tam longa ſeculorum ſerie, neque quid Deus agere propoſuiſſet, neque qua ipſe ratione ſuam fraudem ac nequitiam tueretur, vnquam diſpicere potuerit ; quinimo maledictionis illius à Dei ipſius ore profectæ vim in ſeſe
Geneſ 3. continuò expertus ſit : Super pectus tuum gradieris , & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Porrò futurum eſt vt diuinæ ſapientiæ victoria eò clarior & illuſtrior appareat, hoſtis verò nequitia, & prauitas eò magis victa & debellata deprehendatur, quò maiori eam tarditate & mora Deus produxit. quibus omnibus illud quoque accedit , ex hac, ſcilicet, longitudine temporum , quibus homines tot labores ſuſtinent, & tot curis, doloribusque conficiuntur, primæuæ illius conditionis & ſtatus integritatem ac præſtantiam , humani verò generis imbecillitatem & miſeriam , ac tandem promiſſæ & tamdiu iam expectatæ ſalutis excellentiam apertè cognoſci. Si enim optatiſſima illa laborum requies, maximusque ille gloriæ ſplendor cum miſerrima hac, in qua detinemur, ſeruitute conferatur, videbimus profectò nos è ſumma calamitate in maximam felicitatem eſſe commigraturos. Quam quidem omnium rerum eſſe præſtantiſſimam his verbis apertè demonſtratur: Neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit, quanta præparauit Deus diligentibus ſe. Neque verò prætereundum eſt oportuiſſe infinitam illam Dei miſericordiam patefieri erga eos qui ad feliciſſimam illam conditionem inuitati, inæſtimabili illo cæleſtis regni præmio primi omnium donandi erant ; cùm alij qui æquè ac ipſi ad eam vocati erant, & diutius expectauerant , maioremque laborem quàm ipſi ſuſceperant , ſeriùs tamen ad denariũ pro mercede accipiendũ admitterentur : neq. id quidem ſine magna ipſorum admiratione, cùm ij qui ad opus ſeriùs venerant , nihilominus æqualem, quinimo etiam prius quàm ipſi, mercedem acciperent. Itaque hæc temporum productio hominum expectationem , ſtemque probabat : prætera Dei veritatem & iuſtitiam iis qui ampliſſimo propoſito præmio certabant, confirmabat : eratque ſingulare quoddam pignus ſummi illius Dei amoris erga eos qui tempore Noui Teſtamenti futuri erant. Atque hæc quidem omnia quæ hoc loco à nobis allata ſunt, Apoſtolorũ teſtimoniis comprobãtur.
Col.primo. Myſterium (inquit Paulus) quod abſconditum fuit à ſæculis & generationibus , nunc autem manifeſtatũ eſt Sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias ſacramenti huius in gentibus, quod eſt Chriſtus in vobis ſpes gloriæ. &,
1.Pet.1. De qua ſalute (ait Petrus) exquiſierunt, atque ſcrutati ſunt prophetæ , qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, ſcrutantes in quod vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti prænuntians eas, quæ in Chriſto ſunt, paſſiones, & poſteriores glorias, quibus reuelatũ eſt, quod non ſibimet ipſis, vobis autem miniſtrabant ea quæ nunc nunciata ſunt vobis per eos qui euangelizauerũt vobis. Omnis autẽ hæc temporis ratio, ab ipſo mundi initio ad ea vſq. tempora, quibus hominum ſalus in Chriſto perfecta eſt à ſanctis vatibus, atque ab ipſis Apoſtolis ſæculorum nomine ſignificatur. In qua quidem, diuinæ ſapientiæ, miſericordiæ, ac παντοδυναμίας maxima argumenta ſunt explicata. Fluxerunt enim totis illis ſæculis à promiſſione primis parentibus facta, quam nos apud Euangeliſtas τῶν τοῦ κόσμου καταβολῶν interpretamur, vſque ad Chriſti aduentum, qui fuit temporum plenitudo, ſæcula ſex quæ propriè עולמים GHOLAMIM vocantur. quorum primum ab Adam vſque ad diluuium recenſetur : ſecundum à diluuio (cùm ſalutis fœdus cum Noë fuit inſtauratum) vſque ad Abraham iuxta diuiſas victimas dormientem: tertium ab Abraham vſque ad Iacob, cui apud Luzam pernoctanti ſacroſanctum myſterium ſub imagine ſcalæ fuit oſtenſum: quartum à Iacob vſque ad Legem in Sina monte promulgatam, & fœdus cum omni populo ſanctum : quintum à Lege vſque ad regnum Dauidis, cui ſingulari oraculo ſignificatum eſt, fore vt mundi redemptor ab ipſo genus duceret. Hinc verò vſque ad Chriſtum ſextum ſæculum definimus. Is enim rerum omnium plenitudo fuit ; & ea quidem lux quæ ſuperiores illas vmbras conſecuta eſt. Atque vltra hanc ætatem ſunt ſæculorum fines, ac noui mundi apparatio, & adquiſitio regni illius cæleſtis, quod quidem per Chriſti mortem, atque eiuſdem reſurrectionem , aſcenſum in cælos, & promiſſionis ſuæ confirmationem Spiritus ſancti immiſſione
Matth.2. inſignitam, nobis comparatum eſt: quod teſtantur ſacræ literæ his verbis : A diebus Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim patitur: omnes enim Prophetæ & Lex vſque ad Ioannem prophetauerũt. Veteribus enim omnia ſub ſpecie & imagine quadam oſtenſa fuiſſe affirmat Paulus: ſcripta verò eſſe ad correptionem noſtram, eamque ob cauſam ad ſæculorum fines deueniſſe. Hac porrò de cauſa tam exactam , & exquiſitam temporum ac ſæculorum rationem à ſacris auctoribus traditam eſſe, ſacræ literæ luculenter demonſtrant. Nimirum, vt non ſolùm diuinæ promiſſionis, & conſilij conſtantia appareret : verùm etiam vt ex temporum obſeruatione, & editarum rerum ſerie, diuinæ illius ſapientiæ à qua tantum opus apparabatur, perpetua hominibus argumenta patefierent. Atque adeò nulla olim in toto terrarũ orbe natio fuit, excepta vna Iſraelitica, diuinis, nempe, oraculis edocta, quæ veras antiquorum temporum rationes tenuerit, eaſque in medium protulerit. Nam etſi à nonnullis ex ethnicis auctoribus, qui rerum ſuarum narrationes literis mandarunt, in adnotanda, ac demonſtranda temporis ratione, nihil non præſtitum eſſe concedimus : attamen quicquid ab illis hac de re traditum legimus, non ita planè exactum, nec ſibi ſemper conſtans eſt : nihil enim penes ipſos fuit, ex quo certam , ac definitam aliquam temporum ac ſæculorum conſtitutionem colligerent. Ex quo fit , vt rei veritas ab ipſis cognoſci non potuerit, eaque multò minùs ex ipſorum monumentis intelligi poſſit. Quanta verò ſit ſacrorum monumentorum vtilitas, in quibus tota illa, quam diximus, temporum ratio veriſſimè traditur , quantumque illa ad veræ philoſophiæ, cæterarumque omnium humaniorum diſciplinarum intelligentiam conferat, & quid ex ea lucis ad hiſtoriarũ cognitionem

cognitionem accedat, nulla, licet longa oratione æquè potest demonstrari, ac si eius à studioso lectore periculum fiat. De mundi autem initio, aut nihil omnino humana mens suspicata est; aut saltem, si quid ea de re, interdum ab ea inuentum esse concedamus, ex eo nihil quod firmum, certum, ac verum sit, tutò elici potest. Hanc verò ignorationem maxima rerum omnium ambiguitas consecuta est. Proinde, si rerum origo non intelligatur, consequens est, ea quæ finem spectant, atque adeò finem ipsum planè ignorari. At nullus est Christianorum hodierno die, qui ex iis quæ de mundi initiis, eiusq; ortu & causis cognoscenda sunt, non multo plura teneat, quàm quisquam eorum Philosophorum, qui magni olim sunt habiti. Nempe ad cætera emolumenta, quæ ex Christiana religione percipiuntur, hoc etiam non minimi certè momenti accessit: sicut scriptū est: Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Sed quid tandem est quod ad cognitionem rerum humanarum, quas plerique tantopere expetunt, viam magis aperiat, quàm temporum exacta obseruatio? quid propriam vniuscuiusque rei æstimationem diligentiùs expendit? quid denique hominum animos magis reddit sapientes, & rerum caducarum contemptores? quid nimias illas appetitiones, quid cupiditates, quid impotentes libidines magis coërcet? siquidem tempore continuo admonemur, ne quam spem in hisce rebus ponamus, neq. diuturnam aut perfectam felicitatem nobis in hac vita polliceamur: cùm nulla ciuitas, nulla Resp. nulla regio, nullum regnum, nihil denique in tota rerum natura sit, quod tandem aliquando temporis vetustate exesum, & consumptum non conspiciatur? Cui quidem rei nullum sanè remedium ab humana prudentia potest adhiberi: quandoquidem homines ipsi, hoc est, tota illa Adami progenies fluxa est & fragilis; nullaque omnino in tempore est perpetuitas, sed omnia quæ in hoc mundi theatro conspiciuntur, instabilia & momentanea sunt, & nunc in hanc, mox verò in illam formam transeunt, sicut scriptum est: Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Nihil sub Sole nouum, nec valet quisquam dicere, Ecce hoc recens est. Iam enim præcessit in sæculis quæ fuerunt ante nos. Sed neque eorum quidem, quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Neque enim solùm priuatæ singulorum res, ac præclarissimæ familiæ, quæ ita firmæ ac stabiles censebantur, vt nunquam ex florentissimo statu in quo erant, dimoueri posse viderentur: verùm etiam prouinciæ, regna, & maxima imperia quæ nunquã ruitura, sed perpetua fore credebantur, breuissimo temporis spatio corruerunt, ac stirpitus extracta, funditusq. euersa sunt, idq. ijsdem illis rationibus quibus constituta fuerant, & quibus perpetuò foueri, ac sustentari posse credebantur. Quinetiam apertissimis exemplis docemur, nihil esse diuturnũ, neque quidquã prospero rerum successu ad maximam amplitudinẽ peruenire posse, eo excepto, quod à Deo omnium bonorum auctore manat, ac iisdemmet, quas ipse præscripsit, rationibus, instituitur, sicut scriptum est: Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam: nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Neque verò regna tantùm & imperia, sed ipse totus terrarũ orbis, cum vno hominum consensu ad eum, qui sperari poterat, florentissimum statum perductus esset; nullusque in terris locus hominibus vacuus conspiceretur; nónne quadraginta dierum spatio ab ingenti illa aquarum multitudine submersus, planéque extinctus est? Nihil denique diuturnum in hac mortali vita sperari posse, vel hinc licet intelligere, quòd subducta temporum ratione ab orbe condito ad hanc vsque diem, mundus hic, in quo tam varia rerum genera orta extinctaque sunt, non plures quàm sex annos & triginta & trecentos supra quinquies mille durauit. Quod quidem tempus, si cum æternitate conferatur, ne nomen quidem rationis sortietur. Cùm igitur temporum, & ætatum obseruationem in omni disciplinarum genere vtilissimam; ad sacræ verò Scripturæ narrationes intelligẽdas planè necessariã esse videremus, hanc quoq. partem sacrorũ Bibliorũ apparatui annectendam duximus. In qua, quicquid ad sæculorum, de quibus suprà mentionem fecimus, demonstrationem satis est, facta ex sacris libris temporum subductione, perquàm breuiter attigimus, pluribus aliâs (fauente Deo) de hoc argumento acturi. Nobis enim non fuit propositum latissimas earum materiarum, de quibus hoc loco agimus, disputationes in sacro hoc Apparatu persequi, sed ea tãtùm perstringere, quæ studiosos homines in sacrorum librorũ lectione adiuuare poterunt. Nostros autem hosce conatus, qui ex quàm syncero animo proueniant, Deus nobis est testis, candidis & eruditis omnibus probari cupimus, à quibus hoc vnum postulamus, vt nostrum hoc studium consulendi ijs, qui Catholicæ Ecclesiæ nomen dederunt, suis apud Deum precibus adiuuent.

Hebr. 3.

Eccl. 1.

Datum Antuerpiæ. Calendis Ianuarijs. cIↃ. IↃ. LXXII.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI HISPALENSIS VOLVMEN DE SÆCVLIS.

MVNDI conditi initium autumni tempore fuisse, ex obseruata sacrorum librorum sententia accepimus, quòd DEVS animantium omnium generibus mox extituris, atque etiam homini fingendo omnium fructuum ad vsum ac vitam oportunorum copiam prospexerit, quam in calidioribus regionibus herbæ tunc recentes, & fructus arborũ maturi, atque adeò ad hyemem proximam vlteriusque durabiles suppeditare possent: Veris enim fructus fugaces sunt, nec satis ad alendũ commodi; fructus æstiui & commodiores & diuturniores sunt: atque ita scriptũ
Gen. 1.11. est, Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. & factum est ita: & protulit terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferũ faciens fructũ, & habens vnumquodque sementem secundũ speciem suam. Ita enim producta dicuntur singula genera, vt herba virens. hoc est olus, quod Hebraicè ירק vocatur, iam adultum extaret. similiter, & herba faciens semen, cuius vsus non in viriditate, sed in semine est: ita cum semine suo prodiit, & lignũ faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam, atque ita initium anni vberes fructus secũ attulit, qui & animantibus alendis, & suis ipsorum generibus propagandis essent idonei. Quòd verò quidam opinantur initium anni æstiuo tempore fuisse, adducti argumento columbæ, quæ ramum oliuæ virentis in arcam ad Noe detulit, facilè mutare poterũt, vbi certam illius loci sententiam tenuerint, quam nos, Deo volente, aliquando exponemus, aut alij, quibus cum nostram interpretationem communicauimus, in suis scriptis doctissimè explicabunt.

ANNVM autem quanquam multiplicem & varium aliis atque aliis gentibus fuisse fateamur, tamen eum qui rebus mundi constituendis comparatus est, duodecim mensibus constitisse, manifestũ ex sacris literis est. Etenim ante diluuium, vt vna omniũ hominũ lingua, vna Dei conditoris notitia, vna creationis memoria penè recens omnibus erat, ita etiam annorum vna erat communis ratio, quam omnes tenerent, atq; ita ætates hominũ annis mundi, & mundi anni hominum illustrium ætatibus computabantur. neque varia annorum ratio, nisi cum varia linguarũ, & morum atque regnorum & religionum inuentione extitit. Est autem manifestum anni integri solaris argumẽtum in Sacris libris expressum. legimus enim Noe anno vitæ suæ sexcentesimo, mense secundo, die mensis decima & septima ingressum fuisse in arcam, eademque die cataractas cæli & abyssi scaturigines fuisse ruptas, atq; pluuiam vsque ad quadraginta dies durasse, deinde aquas obtinuisse terram centum quinquaginta diebus; post hos autem indies decrescere cœpisse, vsque ad decimũ mensem; nam decimo mense prima die mensis montium cacumina extare cœperunt. Sunt autem omnes dies huius anni ab initio eius vsque ad primam aquarum decretionem ducenti quadraginta septem, hoc modo: Primus mensis cum decima septima secundi faciunt quadraginta & septem dies: deinde sunt quadraginta, quibus imbres durarunt: atque etiam centum & quinquaginta, quibus aquæ inualuerunt super terram, quindecim cubitis altissimum totius orbis montem superãtes. Hi omnes in summa efficiunt ducentos & quadraginta septem; nondum tamen est decimus mensis: namq; ab hoc tempore vsque ad primam decimi mensis diem aquæ decreuerunt. Habemus iam decem menses, qui plures quàm ducentos & quadraginta septem dies cõtinent, saltem quãtum decem lunationes. A primi autem mensis die prima Noe quadraginta dies expectauit, quibus peractis coruum emisit, & eadem die columbam; rursusque post septem dies columbam emissam vesperi recepit, oliuæ folium referentem. atque tertiò post septem alios dies emissam, non ampliùs recepit. Igitur post nouem menses habemus quinquaginta & quatuor dies, qui cum nouem mẽsibus prioribus efficiunt ter centum & viginti quatuor (singulis ferè mensibus tricenos dies tribuimus.) Hinc vsque ad primam diem primi mensis anni sexcentesimi primi, quo terræ superficies omnis aquis est inundata, numerantur dies quadraginta sex; qui cum superioribus coniuncti faciunt tercentum & septuaginta; quibus, si demantur eæ horæ, quibus lunationes à Solis cursu integro deficiunt, reliqui fient dies, quot in anno solari nũc moueramus, idque exiguo discrimine, quod ex Calendariis facilè cognosci posset. Fit igitur subducta ratione perspicuum, annum duodecim mensium iam inde ab initio fuisse, quando post nonum mensem quadraginta septem dies numeramus, qui ad dimidium vndecimi mensis pertinent, cùm terræ superficies nondum aquis liberata esset. Præterea annũ tot mensibus ab initio institutum, & post diluuium etiam restitutũ est, quot temporibus quatuor, hyemi, veri, æstati, & autumno constituendis satis esse possunt; nam his temporibus terra suum cõcipiendis & gignendis fructibus munus præstat; atque hi omnes dies terræ Hebraico dicendi modo appellantur, vt fœminarũ etiam grauidarum dies dicuntur à conceptu ipso vsque ad partum; cuius rationis multa exempla sunt, vt illud; Factum est Luc. 2.6.
autẽ cùm essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. simili autem tropo Deus Noe post aquarũ salutem allocutus, futuræ perpetuò terræ atque temporum constitutionis quatuor oportunis partibus distinctæ, rationem instaurandam docuit, vt quòd proximè per totum annum nihil aliud quàm hyems aquarumque inũdatio fuerat, iam deinceps in posterum quatuor portionibus distinctum, integrum annum absolueret. atque ita scriptum
Gen. 8.21. est, Odoratusque est Dominus odorẽ suauitatis: & ait ad Noe, Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malũ prona sunt ab adolescentia sua: non igitur vltrà percutiam omnem animam viuentem, sicut feci cũctis diebus terræ sementis & messis: frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent. Cunctos dies terræ omnibus his partibus distinctos, idem quod cunctos annos terræ interpretamur: namque hæ partes semẽtis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems anno includũtur, atque ita non modò dies pro tempore conceptus, & partus terræ, sed in vniuersum pro anno vsurpantur. idque pluribus exemplis in Hebraica lectione obseruatur. Etenim cùm constituto iam matrimonij fœdere cũ Rebecca & Isaaci procuratore fratres cuperent puellam apud se diutius necessitudinis gratia retinere,
Gen. 24.55 sic agebant: Maneat puella nobiscum, saltem dies aut decem. sic ex Hebraico ad verbum. hoc est, anni dies integros, aut decem menses. Illud etiam nostram de anni initio sententiam comprobat, quod Deus de diebus, id est, de annis terræ dixit, quorum principium sementis nomine adnotauit: est autem sementis tempus Autumnus.

Mensium autem antiqua nomina nulla nisi ex numerorum serie obseruauimus. vt, Primus, secundus, tertius, quartus, sextus, septimus, octauus, nonus, decimus, vndecimus, & duodecimus, quorum frequentissima exempla leguntur. alia enim nomina, vt suo loco exponemus, Chaldaica sunt. Atque temporum quidem rationes sic explicamus:

Ab

Ab Adam vſque ad diluuium anni fuerunt mille ſexcenti quinquaginta ſex, quorũ illa enumeratio eſt.

130 Adam cùm centum & triginta eſſet annorum, genuit Seth. Geneſ.5.

105 Seth centum & quinque annos natus, genuit Enos. Geneſ.5.

90 Enos nonaginta annorum genuit Cainan. Geneſ.5.

70 Cainan ſeptuaginta annorum genuit Mahalaleel. Geneſ.5.

65 Mahalaleel ſexageſimum quintum agens annum, genuit Iared. Geneſ.5.

162 Iared centum & ſexaginta & duos annos natus, genuit Henoch. Geneſ.5.

65 Hanoch cùm eſſet annorum 65. genuit Methuſalah. Geneſ.5.

187 Methuſalah anno vitæ ſuæ centeſimo octuageſimo ſeptimo, genuit Lamech.

182 Lamech centum & octoginta duos natus annos, genuit Noah. Geneſ.5.

600 Anno ſexcenteſimo vitæ Noah, menſe ſecundo, ſeptimo die mẽſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnę, & fuit diluuium aquæ ſuper terram. Hi omnes anni

1656 ſummá conficiunt mille ſexcentorum quinquaginta & ſex. Atque hactenus prima mundi ætas.

SECVNDA ÆTAS MVNDI, A DILVVIO VSQVE AD ABRAHAM.

A reſtituto orbe ex aquis vſque ad Abraham, anni fluxerunt ducenti nonaginta duo, quorum illa enumeratio eſt.

2 Sem duobus annis poſt diluuium genuit Arphacſad. Geneſ.11. ℣.10.

35 Arphacſad cùm eſſet annorum triginta quinque, genuit Selah. Gen.11.

30 Selah annos natus triginta, genuit Heber. Geneſ.11. ℣.12.

34 Heber annorũ triginta quatuor, genuit Paleg. Gen.11.

30 Paleg anno trigeſimo vitæ ſuæ genuit Reghu. Gen.11.

32 Reghu annorum triginta duorum, genuit Sarugh. Geneſ.11.

30 Sarugh triginta annorũ genuit Nachor. Gen.11.℣.20.

29 Nachor viginti nouem natus annos, genuit Thareh. Geneſ.11.

70 Thareh ſeptuaginta annorum, genuit Abraham. Gen.11.℣.26.

292 Hi omnes anni ſummam reddunt ducentorum nonaginta duorum.

Ab Abrahami ortu ad Iſaac anni centum numerantur, hoc modo:

75 Septuaginta quinque annorum erat Abraham, cùm Dei iuſſu egrederetur de Haran. Gen.12.

11 Vndecimo anno pòſt Hagar concepit & peperit Iſmaelem, poſt decem annos quàm habitare cœperãt in terra Chanaan, hoc eſt, expletis iam decem annis. grauida autẽ fuit vno ferè anno: ſunt vndecim anni ferè.

13 Tredecim annis iam nato Iſmaele, Abraham mutato nomine, circumciſionis fœdus iniit. Erat autem Abraham nonaginta nouem annorum, quando circuncidit carnem præputij ſui. Gen.17. ℣.26.

1 Vno anno pòſt Iſaac naſcitur, cùm Abraham centum eſſet annorum. Gen.21.℣.5.

100 Hactenus centum anni vitæ Abrahæ.

A nato Iſaac ad Iacob anni numerantur ſexaginta, quorum illæ notationes ſunt:

30 Sara moritur triginta annis poſt natum Iſaac, hoc eſt, centeſimum vigeſimum ſeptimum agens annum.

10 Decem annis pòſt Iſaac vxorem duxit, cùm eſſet annorum quadraginta. Gen.25. ℣.20.

20 Vigeſimo anno pòſt natus eſt Iacob cum Eſau. S.S.E. Sexagenarius erat Iſaac quando nati ſunt ei paruuli.

60 Gen.25.℣.26. Hi numeri conficiunt annos ſexaginta.

A Iacobi ortu vſque ad Ioſeph natum, anni fluxere 90

90. quos hoc modo obſeruamus: Iacob vbi primùm ingreſſus in Aegyptum, à Pharaone ætatem rogatur, reſpondit, Dies peregrinationis vitæ meæ, centum triginta annorum ſunt. Gen.47. ℣.9. Atqui Iſrael venit in Ægyprum tertio famis anno. S. S. E. Biennium eſt enim quòd cœpit fames in terra, & adhuc quinq; anni reſtant. Ingreſſus eſt igitur initio tertij anni iam duobus tranſactis. Gen.45.℣.6. Tranſierant etiam ſeptem anni fertiles ante illud biennium, prædicti à Ioſeph in ipſo fertilitatis initio. Gen.41. ℣.28. Ille autem trigeſimum agebat annum, cùm Pharaoni ſiſteretur. Geneſ. 41.℣.46. Omnes hi anni conficiunt quadraginta, quibus à centum & triginta demptis, reliqui ſunt nonaginta. Rurſus verò ſic numeramus poſt annum vitæ Iacob nonageſimum, Ioſeph triginta annorum ſtetit coram Pharaone, deinde elapſi ſunt anni ſeptem fertiles, & duo ſteriles, tertio ſterilitatis anno Iſrael deſcẽdit in Aegyptum. hi ſunt centum & triginta. 130

Atque hactenus deſcenſus in Aegyptum eſt.

INITIVM NOVÆ RATIONIS.

Mortuus eſt Iacob anno decimo ſeptimo poſtquam 17
deſcenderat in Aegyptum. S.S.E. Et vixit in terra Goſſen decem & ſeptem annis, factiſque ſunt dies vitæ illius centum quadraginta ſeptem annorum. Gen.47. ℣.28.

Ioſeph mortuum eſſe quinquageſimo tertio anno 53
poſt Iacob, ſic colligimus. Ille cùm pater obiret, quinquaginta ſeptem annorum erat. dicitur autem mortuus cùm annum compleret centeſimum & decimum quinquaginta ſeptem & quinquaginta tres, centum & decem ſunt.

Leui mortuus eſt quarto & vigeſimo anno poſt Io- 24
ſeph, vt ex obſeruatione colligitur, hoc modo: Legimus Leui annum agentem centeſimum trigeſimum ſeptimum è viuis deceſſiſſe. ſed ille natus eſt tribus annis ante Ioſeph: namq; ſeptem annis poſterioribus, quibus ſeruiuit Iacob pro Rachel, nati ſunt ex Lea quatuor filij, hoc ordine: Ruben, Simeon, Leui, Iuda. Deinde Lea ceſſauit parere vſque ad initium ſexti anni, quo genitus Iſachar, & ſeptimi, quo Zabulun eſt natus. omnes enim hi nati ſunt intra ſeptennium in Meſopotamia Syriæ. Gen.46. ℣.15. Septimo autem anno ad initium recordatus eſt Dominus Rachelis, & audiuit eam, & aperuit vuluã eius; quæ cõcepit, & peperit filiũ, & vocauit illum Ioſeph, dicens, Addat mihi Dominus filium alterum. Nato autem Ioſeph, dixit Iacob ſocero ſuo, Dimitte me, vt reuertar in patriam meã. hoc fuit anno decimo quarto antequam de mercede cõueniret inter Iacob & Laban. Igitur Leui tribus annis ante Ioſeph natus eſt, ſaltem non integris quatuor. Ioſeph mortuus eſt ætate centum & decem annorum, Leui centũ & triginta ſeptem: quibus ſi tres demas & centũ & decem, ſupererunt quatuor & viginti anni, quibus Leui fratri Ioſeph ſuperuixit. Scriptum eſt enim, Anni autem Leui fuerunt centũ triginta ſeptem. Exo. 6, 16.

A morte Leui ad Moſen natum, anni numerantur triginta ſex, hoc modo: A nato Iſaac vſque ad egreſſum ex Aegypto, ſunt generationes quatuor, ſicut ſcriptum eſt, Generatione quarta reuertentur huc. Eſt autem prima generatio Iſaac, ſecunda Iacob, tertia Ioſeph & fratres eius, ſicut ſcriptum eſt. Ioſeph autem in Aegypto erat; quo mortuo, & omnibus fratribus eius, omniq́ue generatione illa: filij Iſrael creuerunt & multiplicati ſunt, ac roborati nimis in terra. &c. hæc eſt quarta generatio. Numerantur præterea quadringenti anni peregrinationis ſeminis Abrahæ, hoc eſt, ab Iſaac nato hoſpite in terra Chanaan, vſque ad exitum Iſrael ex Aegypto, S. S. E. Scito prænoſcens quòd peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua: & ſubiicient eos ſeruituti, & affligent quadringentos annos: ita quadringenti anni variæ & multiformis peregrinationis prædicuntur. Igitur ex his quadringentis annis illæ

partes ſunt manifeſtæ. Iſaac ſexaginta annos natus Iacob genuit. Iacob mortuus eſt annorum centum quadraginta ſeptem: poſt quinquageſimum tertium mortuus eſt Ioſeph, deinde Leui vigeſimo quarto pòſt anno: Moſes octoginta annorum erat cùm Dei legationem apud Pharaonem egit. Hi omnes tercentũ ſexaginta quatuor annorum ſummam conficiunt, deſunt triginta ſex ad quadringenteſimum numerum explendum. Hi interfuerunt inter mortem Leui & Moſis ortum. Scimus autem Moſem natum ipſa tempeſtate Aegyptij furoris & conſilij aduerſus Iſraelitas initi: quãdoquidem ille, ne periret, magna cura ad menſes aliquot eſt occultatus, vt legimus Exod. 2. id quod non acciderat tribus annis antè cùm Aaron natus eſt: erat enim Aaron tribus annis Moſe antiquior, ſiquidem octoginta trium annorum cùm eſſet, vnà cum fratre Pharaonem adiit. Exod. 7. ℣. 10. Hæc etiam triginta ſex annorum ratio alio modo ſubduci poteſt. Moſes filius fuit Amram, atque Amram ex Caath genitus. Natus eſt autem Amram in Aegypto: namq. ille inter eos qui in Aegyptum deſcenderant, non recenſetur. numeratur autem in tertia generatione; namque ex filiis deſcendentium in Aegyptum, non ex nepotibus eſt; natusque fuit viuentibus iis qui deſcenderant: neq. cum iis qui liberati ſunt ex Aegypto, numeratur, quòd mortuus eſſet inter cæteros tertiæ generationis. Natus itaque eſt, & obiit in Aegypto. Obiit autem annorum centum & triginta ſeptem: his ſi addamus ſexaginta Iſaaci, & centum & quadraginta ſeptem Iacobi, atque octoginta Moſis, efficietur ſumma quadringentorum viginti quatuor: quibus addũtur duodecim ante mortem Leui, qui fuit tertiæ generationis, cuius diebus natus eſt Amram; erunt quadringenti triginta & ſex. atque ita duodecim annis ferè ante exitum obiiſſe Amram reperietur: idemq. annorũ ferè ſexaginta nouem genuiſſe Moſen, cùm tribus annis antè natus eſſet Aaron, temporibus adhuc tranquillis, & inter vtrumque orta etiam eſſet Miriam, rebus iam turbari cœptis, quod nomen ipſius declarat. namque Miriam amaritudinem ſignificat. Itaque à morte Leui ad Moſen na-
36 rum, anni numerantur triginta ſex. Deinde octoginta
80 vixit antequam Pharaonem de populo dimittendo alloqueretur. S. S. E. Erat autem Moſes octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti ſunt
Exod. 6, 7. ad Pharaonem: ſunt igitur ab ingreſſu Iſraelis in Aegy-
210 ptum ad vſque Moſis legationem ducenti & decem anni. Vno anno pòſt egreſſi ſunt ex Aegypto. Nam poſtquam Moſes regem adiit, paleas populus impenſis regiis non accepit, ſed coactus eſt per agros quærere: paleæ nullæ in Aegypto idoneæ relinquuntur poſt Nili inundationem quæ Iulio menſe accidit. Maij ergo tempore iuſſi ſunt paleas colligere: priùs verò quàm hoc edictum vulgaretur, iam Moſes cum Pharaone de dimiſſione egerat. Deinde profecti ſunt exactores populo regis decretũ denũtiaturi. Interea Aegypto plagę illatæ ſunt vſque ad menſem Niſan anni ſequentis, cuius decima quinta egreſſus eſt populus liber. Igitur à nato Iſaac ad legationem Moſis anni fluxerunt quadringenti, vt iam ſuperiùs expoſuimus.

Exod. 12, 1. Anno octogeſimo ſecundo vitæ Moſis menſe pri-
1 mo, populus ex Aegypto prodiit liber. Atque hinc
Anni ſacri initium. cœpta eſt anni ſacri obſeruatio, cuius initium à Niſan, hoc eſt, ſeptimo menſe annorum mundi ſumptum eſt. S. S. E. Dixit quoque Dominus ad Moſen & Aaron in terra Aegypti: Menſis iſte vobis principiũ menſium primus erit in menſibus anni.

2 Deinde vno anno integro in deſerto fuerunt antequam reſpublica legibus acceptis, & ſacerdotibus conſecratis, cæterisque miniſtris publicis conſtitutis, componeretur. Hoc enim anno ſecundo ab egreſſu ex Aegypto factum eſt, nam primo anni ſecundi menſe pri-
Exo. 40, 17. ma die menſis tabernaculum eſt erectum, & die prima ſecundi menſis filij Iſrael recenſiti, & principes in deſerto conſtituti. Atque à promiſſionibus factis Abra- Num. 1, 1.
hamo ad legem latam, anni numerantur quadringenti & triginta ferè, hoc modo: A nato Iſaac vſque ad Moſis legationem, anni ſunt quadringenti. Legatio Moſis in Aegypto vno anno completa eſt, deinde poſt duos annos Lex in deſerto eſt conſtituta, ſunt tres anni: Abrahæ dictę ſunt promiſſiones viginti ſex annis ante natum Iſaac; ſiquidem Iſaac natus eſt cùm Abraham centum eſſet annorum, cui promiſſio facta eſt eo anno quo exiit ex Haran, atqui ille tunc quintum ſupra ſeptuageſimũ agebat annum, ſicut ſcriptum eſt: In te benedicentur Gen. 12, 3.
vniuerſæ cognationes terræ. Egreſſus eſt itaque Abraham ſicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot. filius quinque & ſeptuaginta annorum erat Abraham cùm egrederetur ex Haran: agebat igitur annum quintum ſupra ſeptuageſimum, deerantque ſex & viginti ad centeſimum: his addíti tres anni à legatione Moſis ad legem latam, & rempublicam conſtitutam, conficiunt viginti nouem annos, quorum vltimus ad trigeſimum vſque ducitur: atque ita verè dictum eſt ab Apoſtolo, Legem acceptam fuiſſe in deſerto, poſt quadringentos & triginta annos à promiſſionibus factis.

Moſes & Aaron obiere anno quadrageſimo poſtquam egreſſi ſunt ex Aegypto, hoc eſt, trigeſimo & 38
octauo anno poſt legem latam. atque ita quadraginta anni vagationis in deſerto enumerantur. 40

Ioſue, & qui cum illo terram expugnarunt maiores natu qui viderant mirabilia quæ fecerat Dominus in deſerto, præfuerunt Iſraelitis in terra ferè decem & ſeptem annis, Ioſue ſeptem aut nouem, quibus terra expugnata & diſtributa eſt: namque annum octogeſimũ quintum agens, Caleb huiuſmodi apud Ioſue orationem habuit. Quadraginta annorum eram quando Ioſu. 14, 7.
miſit me Moſes famulus Domini in Cades Barne, vt conſiderarem terram. &c. Quadraginta quinque anni ſunt, ex quo locutus eſt Dominus verbũ iſtud ad Moſen, quando ambulabat Iſrael per ſolitudinem, hodie octoginta quinq. annorũ ſum, ſic valens vt eo valebam tẽpore quando ad explorandũ miſſus ſum. &c. annus ille quo miſſus eſt Caleb ad explorandũ, ſecundus erat ab exitu ex Aegypto. igitur ſeptimus ab ingreſſu in terram Canaan. quibus elapſis, omnis ferè terra expugnata atque in ſortes diuiſa eſt. idem verò confirmatur ex oratione D. Pauli in ſynagoga Antiochiæ Piſidiæ ha- Act. 13, 19.
bita. Deus plebis Iſrael elegit patres noſtros & plebem exaltauit cùm eſſent incolæ in terra Aegypti, & in brachio excelſo eduxit eos ex ea: & per quadraginta annorum tempus ſuſtinuit mores eorum in deſerto: & deſtruens ſeptem gentes in terra Canaan, ſorte diſtribuit eis terram eorũ, quaſi poſt quadringentos & quinquaginta annos. poſt hæc dedit Iudices vſque ad Samuelem prophetam. A quadringentis & quinquaginta ſi demamus quadringentos ab electione patrum vſq. ad exaltationem plebis in terra Aegypti, & quadraginta deſerti; reliqui ſunt ferè decem ad illum numerum, quo diſtributa eſt terra, atque ſeptem deinde ad mortem Ioſuæ & ſeniorum qui viderant mirabilia Domini in deſerto: videturque Ioſue ingreſſus terram cùm eſſet Ioſu. 24, 29.
centum annorum, namque centeſimum & decimum agens annũ, vita defunctus eſt, & deinde vſque ad octo annos mortui ſunt cæteri; ac paulatim deficientibus illis, morum & religionis puritas obſcurabatur, ſicut ſcriptum eſt: Seruierunt Domino cunctis diebus eius, & Iud. 2, 17.
ſeniorum, qui longo poſt eum tempore vixerunt. Hebraicè ita legimus: Et ſeniorum qui protulerunt dies ſuos poſt eum. hoc eſt, eorum qui ſuperſtites illi fuerũt. hoc autem ferè octo annis tranſactum eſt, quibus ſer- Iud. 3, 8.
uierũt Chuſam-raſathaim regi Meſopotamiæ. ſunt igi- 18
tur hi decem & ſeptem anni, aut decem & octo ferè.

Deinde primus Iudex Othoniel nomine, nepos Ca- Iud. 3, 11.
lebi, ex tribu Iuda, præfuit annis quadraginta. 40

Aod Iudex, qui, Eglon occiſo, Moabitarum excuſſit Iud. 3, 30.
iugum ad octoginta annos, terræ quietem præſtitit. 80

Barac

Barac & Debora annis quadraginta iudicauerunt Iud.5,31.
40 Israel.
Gedeon quadraginta annorum spacio iudicis mu- Iud.8,28.
40 nus exercuit.
Abimelech filius Ierubaghal Israelitarum præfectu- Iud.9,23.
3 ram occupauit annis tribus.
Thola filius Phuah de tribu Isachar tribus & viginti Iud.10,2.
23 præfuit annis.
Iair Galaadites iudicauit Israelem per annos viginti Iud.10,3.
22 & duos.
Huic succeſſit Iephthe, qui præfuit annos sex. Iud.12,6.
6 Absam Bethlehemites septem annis præfectura est Iud.12,9.
7 functus.
Elon Zebulonites iudicauit Israel decem annis. Iud.12,11.
10
Abdon filius Elel Pharathonites præfuit annis octo. Iud.12,14.
8
Samson filius Manue ex Sara defendit & iudicauit Iud.16,21.
20 Israel annis viginti.
Heli sacerdos ex familia Ithamar, sacerdotio & præ- 1.Reg.4,18
40 fectura functus est annis quadraginta.
Samuel propheta Leuita ex Ephrata, triginta octo
38 annis præfuit Israelitis.
Saul ex tribu Biniamin vnctus in Regem à Samuele, 1.Reg.13,1
2 regnauit duobus annis: ita ipsius regnum cum præfe-
ctura Samuelis quadraginta complet annos, explicatos
à D. Paulo, sicut scriptum est: Post hæc dedit Iudices
Act.13,21. vsque ad Samuel prophetam: & exinde postulauerunt
Regem, & dedit illis Saul filium Cis, virum de tribu
Biniamin, annis quadraginta; & amoto illo, suscitauit
illis Dauid regem. &c. Itaque quadraginta anni nume-
rantur à Iudicibus finitis, vsque ad Dauid regem: Saul
autem ad tempora Samuelis pertinet; nam paulo post
mortẽ Samuelis, Saul est interfectus. Erat autẽ Samuel
senex cùm populus præfecturam illius fastidire cœpis-
set; itaque ab ingressu Israelitarum in terram Canaan
397 ad vnctum regem Dauid, fluxere anni trecenti nona-
ginta septem.
Dauid in Hebron regnauit septem annis & mensi- 2.Reg.1,12.
bus sex: & in Ierusalem regnauit triginta tribus, ita vt
3.Reg.2,11 sex menses in Hebron enumerentur ad triginta tres,
iam totidem in Ierusalem, & sic fient anni quadraginta,
1.Par.29,27 quibus regno functus est.

Salomon vnctus est in regem viuente patre. ratio
autem regni eius sumitur à morte Dauid: tertio autem
3 anno transacto regni Salomonis secundo mense quarti
anni eius templũ inchoatum est. Atque ita in sacra hi-
storia integram summam annorum habemus, quorum
singulares rationes hactenus attulimus, sicut scriptum
3.Reg.6,1. est: Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo
anno egressionis filiorum Israel de terra Aegypti, in
anno quarto mense Zio, ipse est mensis secundus
regni Salomonis super Israel, ædificare cœpit domum
Domino. &c. nam si proximæ summæ trecentorum
nonaginta septem annorum, quam subduximus ex sin-
gularibus rationibus, ab egressione vsque ad vnctũ Da-
uid, addamus quadraginta Dauidis, & tres Salomonis,
fiunt quadringenti & octoginta. Atq. hæc est summa
temporum ad templi vsque ædificationem.

A templi ædificatione ad Salomonis mortem, anni
3.Re.11,41 numerantur septem & triginta; nam dies quos regnauit
37 Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadragin-
ta anni sunt.

REGVM IVDÆ ÆTATES.

III. Roboam Salomonis filius ex Naama Amaniti- 3.Re.14,21 2.Pa.12.13
17 tide, regnauit annis decem & septem.
IIII Abiam filius Roboam regnare cœpit super Ie- 3.Reg.15,1 2.Par.13,1.
3 rusalem octauo & decimo anno patris sui incipiente,
regnauitque annis tribus.
V. Assa rex Iuda Abiæ filius ex Maacha filia Absalon, 3.Reg.15,9
41 regnauit annis quadraginta & vno.
VI. Iosaphat filius Asa ex Azuba filia Salai, regnauit 3.Re.22,41 2.Pa.25.31
25 annis quinque & viginti.
VII. Ioram primogenitus Iosaphat regnare cœpit duo- 4.Reg.8,16. 1.Par.21.6
bus annis ante mortem patris sui, quinto anno Ioram
regis Israel: regnauit autem octo annis, ex quibus dem-
pti duo, relinquunt sex. 6
VIII. Ochozias qui idem Ioacham dictus, filius Io- 4.Reg.8,25. 2.Par.22.1.
ram & Athaliæ, regnauit in Ierusalem anno vno. 1
IX. Athalia mater Ochoziæ, regnauit annis sex, & 4.Reg.11,3.
parte septimi. 6
X. Ioas Ochoziæ minimus filius, regnauit quadragin- 4.Re.11,21 4.Reg.12,1.
ta annis: matrem habuit Sebia ex Bersabee. 2.Par.24.1
40
XI. Amasias filius Ioas, & Ioadam Ierosolymitanæ 4.Reg.14,1
regnare cœpit vno anno ante patris obitum; inciderat 2.Par.21.1
enim pater in grauem morbũ, ex clade à Syris accepta: & 24.25.
regnauit autem annis viginti nouem ferè. 28
XII. Azarias, alio nomine Ozias, Amasiæ ex Iecheli- 4.Reg.15,1
a Ierosolymitana filius, regnauit in Ierusalem annis 2.Pa.26,21
quinquaginta duobus. 52
XIII. Ioatham filius Oziæ matre Ieruſa filia Sa- 4.Re.15,32
doch, regnauit in Ierusalem annis sedecim. 2.Par.27,1
16
XIIII. Achaz filius Ioatham regnauit in Ierusalem 4.Reg.16,1
annis sedecim. 2.Par.28.1
16
XV. Ezechias filius Achaz & Abiæ filiæ Zachariæ, 4.Reg.18,1.
regnauit in Ierusalem annis viginti nouem. 2.Par.29,3.
29
XVI. Manasses filius Ezechiæ matre Hachsibah, re- 4.Reg.22,1.
gnauit in Ierusalem quinquaginta quinque annis. 2.Par.33,1.
55
XVII. Amon filius Manasses, cuius mater fuit Me- 4.Re.21,19
salemeth filia Harus de Iatheba, regnauit in Ierusalem 2.Pa.33,21
annis duobus. 2
XVIII. Iosias filius Amon & Ididæ ex Besecha, re- 4.Reg.22.1.
gnum Ierosolymis obtinuit annis triginta & vno. 2.Par.34,1
31
XIX. Ioachaz Iosiæ filius, matre Amital de Lebna, 4.Re 23,29
rex à populo constitutus, menses tres regnauit. 2.Pa.25.20
& 36,2.
XX. Eliacim, alio nomine Ioacim Iosiæ filius, à Pha- 4 Re.33,37
raone constitutus rex Ierusalem, matrem habuit Zebi- 2.Par.36,4
dam filiam Phadaia de Reuma, vndecim annis regna- 11.
uit in Ierusalem; tertio anno abductus est.
XXI. Ioachim filius Eliachim matre Nohhesta Iero- 4.Reg.24,1.
solymitana, regnauit mensibus tribus, & diebus decẽ. 2.Par.36,9.
XXII. Mathanaia, cui Nabuchodonosor nomen fe- 4.Re.24,18
cit Sedeciam, constituto in regem Iuda, erat filius 2.Pa.36.1.
Amital Ierosolymitanæ, annis regnauit vndecim. Vn- 11
decimo Sedeciæ regni anno templũ dirutũ & incẽsum
est: hi anni omnes, demptis mediis, quibus rex regi
succedebat, ad quadringentos & decem proximè acce- 410
dunt, ex quo templum constructum consecratumque
fuerat. fuit igitur templum incensum & vrbs diruta
anno ferè mundi ter millesimo trecentesimo octauo. 3308

Babylonica transmigratio durauit annos septuagin- 70
ta, iuxta prædicta Prophetarum.

Anno primo imperij Cyri regis Persarum & impe- 1.Esd.1,1.
ratoris Babylonici, decreta est Iudæorum libertas, & & 6,3.
templi Ierosolymitani restitutio: hic regnauit annis 1
septem.

Anno secundo aduentus Iudæorum in Ierusalem 1.Esd.3,8.
mense secundo, cœptum est ædificari templum: in 3.Esd.5,56
eoque fuerunt & vrbis ædificatione totos sex annos. 6

Cessatum est ab ædificatione templi per totum im- 1.Esd.4,7.
perium Artaxerxis, qui & Cambyses dictus, qui impe- & 17.
rauit annis septem: cessatum est autem nouem annis, Ioseph.li.11.
hoc est, vsque ad secundum Darij Histaspis annum. cap.2.
9
Anno sexto Darij completum est templum. 1.Esd.6,15

Darius bellum suscepit aduersus Arphacsad regem 4
Medorum, anno duodecimo regni sui. idem Nabu- Iudith 1,5.
chodonosor in historia Iudith dicitur. 6

Anno decimo octauo (vt in altera editione Iudith Iud.2,1.
legitur) in altera verò legitur decimo tertio, Darius 12
bellum parat nationibus, à quibus fuerat contemptus;
hic est annus trigesimus octauus à libertate Babylo-
nica.

Anno autem trigesimo septimo Iesus sacerdos pro- Philo Amij.
fectus est ad Darium. interim autem Ioachim eius fi- 7
lius sacerdotio fungitur annis octo.

Ille postea reuersus, annis viginti pontificatum gerit, 20

vsque

vsque ad annum septimum Resamen Sulam filij Zorobabelis ducis.

Nehem. 3. Ioseph. lib. 11. cap. 5. Philo. 28 Ioacim iterum post mortem patris annis viginti octo functus est sacerdotio. quòd si numerentur anni viginti, quibus cũ patre ministrauit, concordabit Philo cum Nehemia & Iosepho.

Iosephus libr. 11. ca. 5. 41 Ioachimum secutus est Eliasib sacerdos, annis quadraginta vno sacerdotium gerens, cuius anno decimo quarto Nehemias ad Persarum regem rediit, completa vrbis instauratione.

Philo. Iosephus. 25 Ioiada Pontifex post Ioachimum annis viginti quinque sacerdotio præfuit.

Iosep. lib. 11. Nehem. 12. 24 Ionathan, alio nomine Iohanan, sacerdos, annis viginti quatuor.

Nehem. 12. Ioseph. li. 11. cap. 4. 27 Ieddoa Ionathæ filius pontificatum gessit annis septem & viginti, vsque ad Alexandri monarchiam.

Philo. 27 Onias pontifex maximus annos viginti septem Philoni, sed Eusebio viginti tres.

Philo. 13 Simon Iustus pontificatum gessit annis tredecim.

Philo. Euseb. 20 Eleazarus frater Simonis sacerdos summus, annis viginti Philoni, Eusebio viginti tribus.

Philo. 27 Manasses sacerdos maximus annis viginti & septem.

Philo. 28 Simon Iustus annis viginti & octo sacerdotio præfuit.

Philo. 39 Onias Simonis filius, functus sacerdotio annis triginta nouem.

Hactenus sacerdotum successio, Græcorum etiam temporibus obseruata: nam posterior ætas Pontifices à Syriæ regibus constitutos habuit, hac serie.

Concordia fratrum commendatur, Psalm.132,1.Eccli.25,2.Roman.12,16. idem sapere,idemque sentire iubemur, Roma.12,16 †15,6.1 Corinth.1,10. Ephes.4,3.Phil.2,2 †3, 17 †4,2.1 Petr.3,8.

Concvpiscentia prohibetur,& punitur,Exod.20,17. Num. 11,33 †21,5,6. Iosue 7,21,24.Eccli.19,1 †42,11.Iob 31,1. Prou. 6,25:Matth. 5,28. Mar.4,19. Roma.6,12 †7,8 †13,14. Gal.5,16. Colos. 3,5.1 Thessal.4,3. 1 Tim.6,11.2 Tim.2,22.1 Cor.10,6.1 Pet.1,15 †2,11 †4,3.2 Pet.1,4.1 Ioan.2,16.Iac.1, 14 †4, 1.Iudæ 23.

Concupiscentias carnis crucifigere, refrenare & mortificare iubemur, Eccli.18,30. Roman.6,12 †8,8,12 †13,14.Galat.5,16.Ephes. 4,22 †5.3. Col.3,5. Tit.2,12.1 Pet.2,1 †4,3, 6.Heb.12,1,

Condonandvm fratri in nos peccanti, Eccli.28,8.Mat.5,23 †6,14 †18,22,35.Luc.17, 3.Eph.4,32.Col.3,13.

Confessio peccatorum in scripturis varia,& multiplex, Gen 41, 9. Ieuit.16,21,39 †26 40.Nume.5,6.Iosue 7,19.2 Regum 24,17. 1.Esd.9,6.2 Esd.9,2.Psal.27,7 †31,5 †37,19 †73,19 †94,2. Prouer.16,3 †18,17 †28,13. Eccli.4,25,31 †7,34 †17,27. Esa.38,15. Daniel.9,5.Matth.3,6 †16,19 Lucæ 11, 4 †18, 13.Ioann.20,23.Iaco.5,16.1 Ioan.1,8,9.

Confirmationis sacramentum, Actor.8,17.Hebr.6,2.

Confiteri Christum & eius doctrinã, Matth.10,32.Luc.12,8. Rom.10,9. 1 Pet. 13, 15.vide Erubescere Euangelium.

Conivratio & seditio, eiusque punitio,Numer.16*.†20,2. Iudicum 9, 23, 31, 34 †12,1,4.2 Regum 20*.3 Reg. 15, 5. Hest.2,21. Acto.5,36,37 †19,23 †23,13,20.

Connvbivm, vide Matrimonium.

Connubium spirituale inter Deum, & animam, Cantic.*.Esaiæ 50,1 †54,5 †62,4.Iere.31, 22. Ezech. 16, 7, 8. Hose.2, 20. Matth. 9, 15 †22,2 †25,5.Marc.2,19.2 Cor.11, 2.Apoc.19, 7 †21, 2,9

Conscientiæ bonæ trãquillitas Prou. 15,15:Eccli.13,30.1 Ioann.3, 21.2 Corinth.1, 12. conscientiæ malæ perturbatio Sap. 17, 10, 11.

Consecratio sacerdotum,dierum, altarium, vestium, cæterarumque rerum, quarum est vsus in sacris,Exod.28,41 †29,1,7,21,29,35 †32,29 †40, 11. Ieuit.7, 36, 37 †8,9,22,31,33 †18,21 †21,7,10 †22,2,3 †23, 12 †27,10, 16, 21,28.Num.3,3 †6,5,9,13 †7,1*.†8,12 †18,10. Iosue 6,24. Iudic.16,17 †17, 3.3 Reg. 15, 13. 1 Paral. 10, 10 †18,11 †22, 19.2 Par. 2, 4 †17, 16 †23,9 †26, 18. 1 Esd. 3, 5, †8, 25. Eccli.49,9.

Consilia mala dissipat Deus, Gene. 11, 7 †37,18 †50,19.Num.22*.2 Reg. 15*.†17, 14.2 Esd.4,8,15.Hest.7,5*.Iob.5,13. Psalm.2, 4 †20,12 †32,10. Esai.7,8 †19,3. Matt.27, 62, Act.5,19 †9,24 †23,12,19 †27,42.

Consolatio pauperum, vide Eleemosyna.

Consortivm bonorum & malorum, vide Societas.

Constantia fidelium,1 Regum 13,13 †17, 26*.3 Regum 18,4,13.4 regum 3, 13, Sapient. 5, 1. Iudith 13,3, 10. 1.Machabęor. 1.65 †2,16,24,34,42. 2 Machab.6. 10.19.* †7*. Daniel. 13*. Matth.14,3. Act.4, 8, 13. 1 Thess.1,6.

Constitvtiones superiorum potestatem constituendi habentium, seruandæ sunt vt ipsius Dei, Exod. 16, 8. Lucæ 10, 16. Actor. 16, 4.1 Thess.4,2,8. Roman. 13,1.Tit.3,1.

CONSVLENDVS Deus dubiis in rebus,& eius vicarij,Gen.25,22.Exod.18,19. Leuit.24, 12.Nume.9,7,26 †15,34 †27,5.Deut.1,17 †17, 8.Ioſ.9,14.Iudi. 1,1 †18,5 †20, 18, 23 †21, 2. 1 Reg.10,22 †23,2,10,12 †30,8.2 Reg.2,1 †5, 19,23 †21,1. 3 Reg.14,2 †22,5,6,15.4 Regum 3,11,16 †8,8. †22,13.2 Par. 18,4,14 †33,18. Pſal.118,24.Eſaiæ 8,11 †30,1 †45,11. Iere.37, 3,5 †42,2.Ezec.14,1,2.Zach.7,2. Tob.4,19. Eccli.37,19.Luc.16,29.

Conſulẽdi non ſunt diuini,vel magi, vel incantatores,& arioli,Leuit.19,31 †20,6. Deute. 18,11.1 Reg.28,7,9.3 Reg. 22,6.4 Reg.1,2,6 †3,13.2 Paralip.18,5.Danie.2,2 †4,5 †5,6.

CONTRISTARE Spiritum ſanctum, Epheſ.4,30.

Contriſtari ad pœnitentiam commendatur, 2 Cor.7,9.

CONTRITIO vera prædicatur,Ierem.7,3. Matt.3,2 †4,17.Luc.3,3,8 †13,3 †24,47.Actor. 2,38 †3,19 †8,22 †17,30 †20,21 †26,20.

Contritioni veræ promittitur remiſſio ſeu venia, Deut.4,29 †30,2.1 Reg.7,3.2Par.7,14 †30,6 †34,26.Iob 22,23. Prou.28, 13. Pſalm. 31,5.Eſaiæ 1,16 †30,18 †45,22 †55,7 † 59, 20. Ier.3,10,17 †18,8 †29,12 †31,18,20.Eze.18,21, 27 †33,14.Hoſ.14,2. Ioel 2, 12.Ion.3,8. Zach. 1,3.Mal.3,7.Eccli.17,23.Luc.15,18. Act.3,19 †26,18,20.

Contritio quærenda & amplectenda dum ſani ſumus,Eccli.17,24 †18,25.

Contritionis veræ exempla, Iudic. 10,15. 2 Reg.12,13 †24, 10,17.2 Paralip.12,6 †33,12. Ionæ 3.*.Iudith 4,8.Matth.26,74. Lucæ 7,37, 44 †15,18 †18,13 †19,8 †22,62 †23,41.Actor. 2, 37.

Contritionis falſæ exempla, Gen.4,13 †27, 38.Exod.8,8 †9,27 †10,16.Ioſ.7,20.Iudic.1,7. 1 Reg. 15, 24,30 †24,17.3Reg. 13,6 †21,27. Sap.5,3.1 Mach.6,12.2Mach.9,12.Matth.27, 4.Act.8,13,23.Hebr.12,17.

COOPERARI gratiæ Dei, vide Liberum arbitrium.

COR ſiue voluntas hominis à Deo pro facto acceptatur,Geneſ.4,4 †22,11. Exod.25,2 †35,5.Deuter.19,5.Mat.15,8. Marc.12,41. Lucę 21,1.2 Corinth .8, 12.quære Voluntas pro facto.

Cor mundatur & ſanctificatur per Chriſtũ, Pſalm.50,4.Ioann.13,10 †15,3 †17,19. Actor. 15,9.1 Corinth.6,11.Epheſ.5,26.1 Petr.1,22. 1 Ioã.1,7 †3,3.Heb.1,3 †9,14 †10,10,14 †13,12.

CORNELIVS Centurio conuertitur, Act. 10,3,44.

CORONA vitæ, 4 Eſdr. 2,43. Sap. 5, 17. 2. Timo.4,8.1 Pet. 5,4.Iacob.1,12 Apoc.2,10.

CORREPTIO fraterna,Geneſ.37,21. Leuitic.19,18.Pſalm.140,5.Pro.1,20 †9,7 †10,17 †12,1 †13,1 † 15,31 †17,10 †24,25 †25,12 †27,5 †28,23 †29,1.Eccleſiaſt.7,6.Eccli. 19, 15 †20,1 †21,7 †32,13.Hoſe.4,4.Matt.18,15.Lucæ 17,3. Galat.2,11 †6,3. 1 Timoth. 5, 1, 20. 2 Tim.2,25.Hebr.3,13.Iacob.5,19.

Correptio impiorum eſt piis in timorem & cautionem,vide Impiorum.

Corripiens alterum qualis eſſe debeat, Mat. 7,3.Lucę 6,41.Ioan.8,3.1 Tim.5,2.2 Tit.1,6.

CREATOR omnium rerum Deus, Gen. 1. 1.Exod.20,11.1 Par.29,10.Pſalm.88,12 †95,5 †113,15 †120,2 †123,8 †145,6.Eſa.37,16 †40, 28 †42,5 †44,24 †45,12 †48,13 † 51,13.Ierem. 10,12 †32,17 †51,15. Zachar.12,1. Ionæ 1,9. Eccli 1,8.Baruch 3,32.Matth.11,25. Ioan.1,3. Act.4,24 †14,14 †17,24. 1 Cor.8,6 Epheſ.3, 9.Col.1,16. Hebr.1,2,10 †3,4 †11,3. Apoc.4, 11 †10,6 †14,7.

CRESCERE in ſcientia,Epheſ.4,15.Coloſſen.1,10.1 Petr.2,2.

CRVX & tribulatio omnibus piè viuentibus,Geneſ.4,8 †27,41 †37,18.2 Reg.16,5,13. Eccli.2,1.Pſalm.33,20.Prou.24,16.Matth.10, 16.* †12,14 †16,24 †24,9.Marc.13,9. Luc.14, 26 †21,11.Ioan.15,20 †16,1.Act.9,23. Gal.4, 29.1 Theſ.3,3.2 Tim.3,12.1 Pet.4,1,12 †5,10.

Crux à Deo imponitur ad noſtram vtilitatẽ, 2 Reg.7,14.Iob 5,17 †33,16.Prou.3,11.Ierem. 46,28. 2 Mach.6, 12 Tob 2,8 †12,13. Iudith 8,22.1 Cor.11,31.1 Petr.4,17.Hebræor.12,5. Apoc.3,19.

Per Crucem & res aduerſas pertingimus ad cognitionem Dei,& ad ęternã gloriam,Exod.1, 12.2 Par.33,11.Iudith 8,15,21.Prouerb.6,23. Matth.7,24.Luc.24,26,46.Ioan.12,25.Act.14, 21.Roma.8,17.2 Cor.4,8,17 †5.1.Phil. 2,8. 2.Theſſ.1.*.Hebr.2, 9 †12,2.

Crux patienter eſt & læto animo ferenda Matth.5,10 †10,38.Ioan.15,20 †16,33. Act.5, 41 †16,25.2 Corinth.8,2.Col.1,24. Hebr.10, 34.Iac.1,2,12.1 Pet.4,12,16.

In Cruce & afflictione cõſolatio, Iob 5,17.* Prouerb.18, 12. Eſaiæ 26,12,19.Thren.3, 28. Matth.5,10.Ioan.15,20 †16,20,33.Rom.8,18. 1 Cor.10,13.2 Cor.1,4,8.

Per Crucem experitur nos Dominus, Iudith 8,21.Eccli.2,1 †27,8.Prou.17,3. Sap.3, 5, 6. 2 Theſſ.1,4.1 Petr.1,7.

CVLTVS Dei verus requirit præter opus externum etiam affectum hominis internũ, Deut. 5,29 †6,5 †10,12 †11,13 †26,16 †28,47 †30,2. Ioſue 22,5.1 Reg.12,20.Eccle.7,31. Eſaiæ 29, 13 †64,11.Matth.15,8 †22,36.Ioan.4,23.

Cultus externus Deo gratus, vide Cęremoniæ.

CYRVS rex Perſarum permittit captiuos Iſraelitas in Iudæam redire 2 Para.36,22.1 Eſdr. 1,1.3 Eſdr.2,1. reſtituit eis vaſa quõdam à Nabuchodonozor ablata,1 Eſd.1,7 †5,14.Da.1,2.

D

DÆMONES expelluntur, Matth.8, 16,31 †9,33 †12,22 †17, 18. Lucæ 4,35 †8,2, 28 †9,42 †10,17 †13,10. Actor.5,16 †8,7 †16,18 etiã per malos,Matthæi 7,22.Marc.9,38.Luc. 9,49.Act.19,13.

Dæmones agnoſcunt & credũt Deum,Mat. 8,29.Marc.1,24 †3,11 †5,7.Luc.4,34,41 †8,28. Act.19,15.Iac.2,19.

Dæmonibus immolare nefas, Leuit. 17,7. Deute.32,17.2 Par.11,15.Pſalm.105,37.Bar.3, 4. 1 Cor. 11,20.

DAGON idolum Philiſtinorum,Iudic.16, 23.1 Reg.5,2. 1 Mach.10,83 †11,4.

DAMASCVS metropolis Syriæ vaſtatur à Theglath-Phalaſar,4 Regum 16,9 contra Damaſcum prophetia,Eſaiæ 17,1 †8,4. Ierem.49, 23.Amos 1,3.

DAMNATIO æterna quæ parata eſt diabolo & omnibus impiis,Sap.5.*. Iob 10,22 †36, 12.Eſaiæ 24,21 †30,33 †66,24.Dan.7,11.Matt. 3,12 †5,29 †8,12,29 †13,50 †18,8 †22, 13 †23, 33 †25,30,42. Mar.9,47.Luc.3,17 †16,23,25. Hebr.10,27.2 Theſſ.1, 8.2 Petr.2,4. Iudæ 6. Apoc.19,20 †20,10 †21,8.

DAN filius Iacob,Gen.30.6. tribus Dan quęrit ſibi poſſeſſionẽ,Iudic.18,1. pugnat cõtra Leſem,& expugnat,Ioſue 19,47.

DANIEL appellatur Balthaſar,Daniel.1,7. interpretatur ſomnia,2,31 †4,7,11,18,25. cõſtituitur gubernator totius regni Babel, Dan.6,3 proiicitur in lacũ leonum,6,16. liberat Suſannam,13,51,60.

DARE melius quàm accipere, Eccli.4,36. Act.20,33.

Dandum ſine acceptione perſonarum,maximè autem domeſticis fidei, Eccli.7,35 †12,8. Matt.5.42.Luc.6,30,38.Rom.12,13. Galat.6, 10.vide Eleemoſyna.

DARIVS filius Aſſueri,Dan.9,1. occupat regnum Babel, 6,1. impiam legem ſtatuit 6,8. præparat regium conuiuium,3 Eſdræ 3,1.

Darius renouat mandatum Cyri, 1 Eſd.6,1.

Darius cæditur ab Alexandro rege Macedoniæ,1 Machabęorum 1,1.

DAVID filius Iſai (qui Ieſſe appellatur Mat. 1,6.) à Samuele vngitur,1 Reg.16,13. interfecit leonem,vrſum & Goliath gigantem,17, 34,49. paſcitur cum Ionatha,18.3 †20,8,16,23 †23,18. mãducat panes propoſitionis,21, 3. ſimulat amẽtiã corã Achis rege,21,13. fugit cũ patre & matre in Maſpha,22,3. præcidit orã chlamydis Saul,24,5. mittit ad Nabal decẽ iuuenes,15,5. tollit haſtam Saulis,26,11 fugit ad Achis regẽ Geth,27.2 vngitur in Hebrõ in regẽ Iudæ 2.Reg. 2,4 poſcitque eũ regẽ vniuerſus Iſrael 2.Reg.5, 1.1 Para. 11,3 †12,38. iuxta verbum Ionathæ, 1.Reg.23,17.& Saulis,24,21. cõmittit adulteriũ & homicidium, 2 Reg. 11.* poenitet eum peccati,12,13. fugit à facie filij ſui Abſalon,15, 14 libauit aquã Domino,23,16 recenſet populum,24,2. emit ab Areuna areã, 24,24. cõſiliũ capit de domo Dei ædificãda,1 Paral.17,1. cõſtituit operarios & architectos, 23* 24* 25* 26* 27* relinquit ſibi ſucceſſorem Salomonẽ filiũ 3 Reg.1,30. moritur & ſepelitur,2,10.Act.2,29 †13,36. commendatur,Eccli.47,2.

Dauid ſpiritualis (qui eſt Chriſtus) promittitur,Ierem.30,9.Ezech.34,24 †37,23.

Dauidis filius appellatur Chriſtus,Matth.1. *.†15,22 †22,45.Mar.12,35.Luc.20,41.Act.2, 29 †13,22.2 Tim.2,8.Apoc.5,5.

DECIMARVM vſus & decimæ, Gen.14, 20 †28,23.Leuit.27,30.Num.18,21,28. Deut. 12,6 †14,28 †26,12.1 Reg.8,15.2 Par.31, 5. 2.Eſdr.10,37.Heb.7,2.

Decimæ debentur Sacerdotibus,Deut.18,3. 2 Par.31,4.vide Sacerdotes.

DEDICATIO templi,vel altarium,Num. 7,10,11,84,88.3 Reg.8,26,63,65.2 Par.7,5,9 †15,8.1 Eſdr.6,16,17.2 Eſdr.12,27. 3 Eſdr.7, 7.Pſalm.29,1.1 Mach.4,56,57,59. 2 Mach.2, 9,12,20.

DEMETRIVS filius Seleuci exercet tyrannidem, 1 Machab. 7,1. fœdus inire cupit cum Ionatha,10,3. fœdus ictum violat,11,53.

Demetrius aurifaber negotium faceſſit Paulo Act.19,23.

DETRACTIO,Pſal.14,3 †100,5.Eccle.10, 20.Prouerb.10,18 †11,13 †16,28 †20,19 †26, 20.Romanor.1,30.2 Corinth.12,20.1 Pet.2,1, 12.Iac.4,11.

DEVS eſt omnipotens,& nihil apud eum eſt impoſſibile,Geneſ.17,1 †18,14 †35, 11 †43, 14 †48,3.Numer.11,23.1 Reg.14,6.2 Paral.14,11 Sap.11,22.Iob 42,2.Eſaiæ 40,10* †46,9 †50,2 †59,1.Iere.32,17,27.Zachar.8,6.Matt.19,26. Marc.9,23 †10.27 †14, 36. Luc.1,37 †18,27. Epheſ.3,20.Apoc.16,7,14 †19,6.

Deus omnia regit & gubernat pro ſua volũtate,Geneſ.45,5 †50,19. Deut.8,18. 1 Reg.9* Sap.12,13. Tob.7, 12 Iob 9,5 †12,13.Pſalm. 102,19 †113,3 †126,1. Prouer.10,22 †16,4,9 †19,21 †20,24 †21,1,30.Eccle. 3,15.Eſaiæ 26, 15 †45,7.Ierem. 10,23 †27,5.Dan. 2,21 †5,18. Matth.6,33 †11,26 †20,14.Luc.12,31.Ioann.5, 17.Roman.9,15.2 Cor.3,5.Phil.2,13.Heb.13, 21.Apoc.4,11.

Deus eſt pater omnium fidelium ipſi obtemperantium,Deut.32,6.Pſal.102,13.Proue.1,7. Ierem.3,4,14,19.Malach.1,6.Matth.6,9 †18,14 †23,8.Luc.11,2.Ioan.20,17.Rom.8,15.1 Cor. 8,6.2 Cor.1,3 †6,18.Epheſ.3,14 †4,6.1 Theſſ. 1,3.2 Theſſ.1,1,2 †2,16.

Deus eſt verax & fidelis,Exod.34,6. Num. 23,19.Deut.7,9 †32,4.1 Reg.15,29.Eſaiæ 49,7 Ioann.3,33 †8,26.Rom.3,4.1 Corint.1,8 †10, 13.1 Theſſ.5,24.2 Theſſ.3,3. 2 Timoth.2,13. Tit.1,2.1 Ioan.1,9 †5,20.Hebræ.10,23.Apoc. 3,7,14.

Deus eſt in eſſentia vnus, præter quem non eſt alius,Exodi 3,14.Deute.4,35 †6,4 †7,9 †10, 17 †32, 39. 2 Reg. 7, 22.3 Reg.8,60 †18,36. 1.Par.19,20.Sap.12,13.Eſa.37,16 †43,10 †44, 6,24 †45* †46,9.Hoſ.13,4.Tob.8,20 †13,4.Eccli.36,5.Mar.12,29.Ioan.17,3.1 Cor.8,6 †12, 6.Galat.3,20.Epheſ.4,6.1 Timoth.2,5.

Deus eſt trinus in perſonis, & vnus in eſſentia.vide Trinitas.

Deus æternus eſt,nec principium habet, nec finem:ſed eſt ipſe principium & finis,Geneſ.21, 33.Exod.15,18.Iob 36,26. Eſaiæ 41,4 †43,10 †44,6 †48,12 †57,15.Dan.7,9.Roman. 16,26. Heb.1,8.Apoc.1,8,17 †21,6 †22,13.

Deus nouit,audit,& videt omnia, Exod.3, 19.Numer.12,2.Deut.31,21.1 Reg.2,3 †16,7. 2 Para.

2 Para.16,9.Iob 14,6 †22,11 †28, 24 †31 , 4 †42,2.Pſalm. 7,10 †32,13 †37, 10 †89,8 †138. Prou.5,21 †15,3,11 †24,12.Eſaiæ 29 , 15 †40, 27 †48,4.Ier.1,5 †7,11 †17,10 †23,24 †32 ,.19. Ezech.11,5.Eccli.16,15 †17,13 †23,27 †39,24, 40,9.Sap.1,10.2 Mach.9,5 †12,22.Mat.6, 4 †21,2.Marc.2,8 †14,13.Lucæ 22,10 . Ioan. 1, 47 †13,21 †16,30 †21,17.Actor.15,8. Rom.8, 27.1 Theſ.2,4.1 Io.3,20.Heb.4,13.Apoc.2,23.

Deum nemo videre poteſt,Exod.33,20.Deuteron.4,12 Ioan.1,18 †6,46.1 Tim. 6, 16.1 Ioann.4, 12.

Deus & diuina omnia non poſſunt humana induſtria aut ingenio comprehendi,Exo.33, 20. 3 Reg.3,5.Iob 32,8.Pſalm.93,10 †118*.†142,8 Eſaiæ 22,22 †54,13.Matt.11,25 †13, 11 †16, 17.Luc.8,10 †10,21 †24,44.Ioan.1,10 †3,3 †6, 44,65 †14,8,17 †17, 6.Act . 16,14 . Roman.1, 19 †11,33.1 Cor.2*. Gal.1,11.1 Timot.6, 16. Apoc.3,7.

Deus eſt immenſus & incircunſcriptus 3 Regum 8,27.2 Paral.2,6 †6,18 .Iob. 11 , 8.Pſalm. 138,7,10.Eſaiæ 6,3 †66,1.Ierem.23,24 . Amos 9,2.Sapien.1,7.Matth .5,35. Act. 7 ,48 †17,24.

Deus teſtatur ſe Deum, id eſt , ſaluatorem & conſolatorem Iſraelis , omniumque eorum qui ritè ipſum colunt & inuocãt,Gen.17,1,7.Exod. 6,2 †20,2 †29,45.Leuitic.26 , 11 . Pſalm. 17, 3 †49,6.Eſaiæ 30,19.Ierem.31,33 †32,38.Ezech. 37,23.Ioan.10,17.

Deus eſt dominus ac creator cæli & terræ . vide Creator.

Deus nihil eorum quę fecit,odit,Sap.11,25.

Deus eſt iudex totius mundi , reddens vnicuique mercedem pro merito Gen.18,25.Deut. 10,17.Iob 34,11 .Pſalm.7, 9 †61 , 13 †93,2 †95 13.Eſa.11,3.Eccli.35,22,27.Iere.17,10 †25,14. Matt.16,27 †25 , 31 . Act. 17,31 . Rom.2, 6. 2 Tim.4,8.Hebr.12,23.

Dei miſericordia,patientia,charitas , ſapientia,verbum,quære ſuis quæque locis.

Deo ſoli attributa , ſubinde in ſcripturis & aliis per communicationem tribuũtur; vt vocabulum,Deus,ſoli Deo tribuitur, Deutero.6 , 4 †32,39.1 Reg.2,2.Pſalm. 85,10.2 Mach. 7, 38. Marc.12,29. aliis tribuitur , Exod.7,1 † 22,8. 1 Reg. 28,13.Pſalm.46,10 †81,6.

Deus ſolus bonus,Matth.19,7.Lucæ 18,19. aliis tribuitur bonitas,Gen.1,31 †3,6 †49,15. Num.14,7.1 Reg.29,9.2 Reg .18, 27 . 1 Paral. 28,8.Tob.12,8.Iudith 12,12,14 Pſalm.110, 10 †146,1.Prouer.18,22 †22,1.Eccle.7,2. Sapien. 8,19. Eccli.14,5.Iere.7,3.Matthæi 7,17. Marc. 9,50. Luc.6,45.

Deus ſolus Sanctus,1 Reg.2, 2. aliis ſanctitas tribuitur,Exod.3,5 †12,16 †22,31 † 28,2 †29,29,31 †30,29 †35,2.Leuit.11.44.Num.16, 5.Deute.6,7.Ioſue 5,15.2 Reg.22,26.4 Reg.4, 9.Iudith 8,29.Pſal.5,8.Matth.7,6. Rom.7 , 12.

Deus ſolus fortis,1 Reg.2,2. aliis fortitudo attributa,Gen.32,28 †49,14.Pſalm.53,5. Cant. 3,7.Eſaiæ 19,14.Ierem.9,23.Matt.12,29.Marc. 3,27.Luc.11,21.Heb.11,34.1 Pet.5,9.

Deus ſolus iuſtus,2 Mach.1,25. alij quoq; iuſti Gen.7,2 †18,23.Pſalm.33, 16 †36 , 29,30. Prou.8,8.Sap.5,16.Matth.1,19 †10,41 †25,46. Lucæ 1,6.Rom.1,17.

Deus ſolus pius,Apoc.15,4. alij etiam pij, 1 Pet.2,9.

Deus ſolus beatus,1 Tim.6 , 15. alij beati, Gene.30,13. Pſalm. 1,1 †32,1,2 †40,1 †118, 1 †126,1. Matth. 5* † 16,17 † 24 , 46. Luc.1,45 †14,14.Iacob.1,1.

Deus ſolus potens,1 Tim.6,15. alij potentes,Exod.18,21.Pſalm.111,2.Luc.1,52. Act.8, 27 †18,24.

Deus ſolus immortalis,1 Tim.6 , 16. aliis tribuitur immortalitas.Sap.1,15 †4,1 †8,17.

Deus facit mirabilia ſolus,Pſalm.71,18 †135, 4.Eccleſ.11,4 . alij quoque faciunt mirabilia , Deute.34,12.Eccli.31,9 †48,4,15.

Deus ſolus nouit arcanas animi cogitationes 3 Reg.8,39.2 Para.6,20. alij quoque nouerũt, 1 Reg.9,19.4 Reg.5,26.

Deus ſolus peccata remittit,Lucæ 5 , 21. dimittunt & alij Matth.18,18.Ioan.20,23.

Deo ſoli honor & gloria, Pſalm.113,1. Eſa. 42,8.1 Timoth.1,17. aliis quoque tribuuntur,4 Reg.14,10.2 Para.17,5.Pſal.149,9. Eccli. 31,10.Luc.14,10.Ioan.5,44.

Deus ſolus adorandus,Exod.20,5.Leuit.26, 1.Deut.5,9.Matt.4,10. aliis adoratio tribuitur, Geneſeos 18,2.vide Adoratio.

Deo ſoli ſeruiendum , Deut . 6, 13 †10,20. 1 Regum 7,3.Matth.4,10.Luc.4,8. aliis etiam poſt Deum ſeruiẽdum,Gen.25,23 †29, 20 †47, 25.1 Tim.6,2.

Deus cuius mali ſit cauſa,& cuius non ſit : vide Malum.

DIABOLVS ſtudet ſemper perditioni hominum,Gen.3,1.* 1 Par.21,1.Iob 1*.2* . Zach. 3,1.Mat.4,3,9 †8,28 †13,19.Luc.8, 12 †13 , 9, 14 †22,31.Actor.5,3 †13,8.2 Cor.4,4 †11,14. Epheſ.6,11.1 Theſſ.2,18.1 Petr . 5,8. Apoc. 2, 10 †12,9 †20,7.

Diabolus non plura poteſt quàm ei Deus permittit,3 Regum 22,22.2 Par.18 , 20 . Iob 1, 12 †2,6.Matth.8,31.Mar.5,12,13. Epheſ.2 ,2. 2 Tim.2,26.Apoc. 20,7.

Diabolus pater & princeps mũdi omniumque impiorum,Matth.4,9.Luc.4,6 . Iob 41,25. Ioan.8,44 †12,31 †14,30 †16,11.2 Corin . 4,4. Epheſ.2,2 †6,12.Colo.2,15.

Diaboli imperium per Chriſtum ſublatum, Geneſ.3,15.1 Reg.17*.Iob 26,13.Eſaiæ 9,4 †14, 8,12 †27,1 †52,3.Zach.3,2.Matth.12,29. Luc. 10,18 †11,22.Ioan.12,31.Coloſſ.1,13 †2,15. 2 Timoth.1,10.1 Ioann.3,8.Hebr.2,14. Apoc. 12,9 †20,2.

DIABOLI filij,Ioan. 8,44. Actor . 13,10. 1 Ioann.3,10.

DIACONI, Act.6,3 †21, 8 . Philip.1, 1. 1 Tim.3,8.

DIANA colitur Epheſi,& in vniuerſa Aſia, Actorum 19,27.

DIES nouiſſimi , & iudicium extremum, 1 Reg.2,10.Pſalm.95,13.Eſaiæ 2,10, 19 †13,4, 6,13 †26,21 †27,1 †30,30 †66,15,24.Iere.30, 23.Dan.7,9.Sopho.1,2,14.Malach.4, 1.4 Eſd. 2,27 † 13,32. Matt.12,36 † 13,41, 49 † 16,27 †24*.†25,31,42.Marc.13.*.Luc.17,24,30.Act. 1,11 †3,20 †17,31. Roman. 2,5, 16 †14,10. 1 Corinth.15*.2 Cor.5,10.1 Theſſ.4,16 †5, 2. 2 Theſſ.1,7 †2.1 Tit.2,13.2 Pet.3,13. Heb.9, 28.Iudæ 14.Apoc.1,7 †20,11.

Dies Domini,Eſaiæ 13,6.Iere.30,7 . Amos 5,18.Ioel.2,1,31.Soph.1,14.Mala.4,1.4 Eſdr. 2,27. Philip.1,6 †2,10.1 Theſ.5,2.2 Tim.4,8.

Dies Domini & hora nulli cognita, Matth. 24,36,50.Marc.13,32.Luc.17,24,30. Act.1,7. 1 Theſſ.5,1.2 Pet.3,10.Apoc.3,3 †16,15.

Dies pro annis,Num. 14,34.Ezech.4,6.

DILECTIO Dei erga ſuos , Exod.20 , 5 †34,14.Deut.4,24 †6,15 † 7,8.Ioſue 24,19.Pro. 8,17.Eccli.4,18.Ierem.31,3.Ioann.3,16 † 10, 11 †13,1,18 †15,9 †16,27.Rom.5,8 . galat.2, 21.Epheſ.3,19 †5,2.

Diligendus eſt Deus ſuper omnia , Gen.22, 2,9.Exod.20,6.Deut .5,10 †6,5 †10,12 †11,1, 13,22,30,6.Ioſ.22,5.Eccli.7,32 †34,19 †47,11. Matth.10,37 †22,36.Mar.12,30.Luc.7,47 †10, 27.Ioan.21,15.Rom.5,5 †8,28,35. 1 Cor . 10, 21.1 Ioan.4,17. Dilectio,vide Charitas.

DINA filia Iacob,geneſ.30 ,21. violatur à Sichem.cap.34,2.

DIONYSIVS Areopagita conuertitur , Act.17,34.

DISCORDIA vitanda.Prouer.6,19 †10, 12 †15,18 †16,28 †17,11 †18,6 †30,33. Matth. 12,24*Lucæ 11,17.1 Cor.14,33 gala.5,15.2 Timoth.2,23.

DIVINI, vide Incantatores.

Diuites quomodo ſe erga pauperes habere debeant,Leuit.25,35.Deut.15,7,10.Iob 31,16. Pſalm.61,11.Prou.14,31 †17,5 †19,17 †21,13 †22,7 †28,27 †30,7.Eccle.11,1.Eccli.4,4 †7,35 †11,10 †29,12 †31,8.Eſa,23,18 . Matth. 6 , 19 †19,21.Luc.14,13 †16*.†18,22.Act . 2 ,45 †4, 34.1 Tim.6,18. vide Eleemoſyna.

Diuitiarum vanitas & contemptus , & quẽ admodum in diuitiis non ſit ſperandum, Pſalm. 38,7 †48*†51,9.prouer.10,2 †11 ,4,28 †15 , 16 †18,11 †22,16 †23,4 †28,11 †30,7.Eccle. 5 , 9, 12 †6,2.Eſaiæ 2,7.Ierem.17,3,11 †22,13.Ezec. 7,19.Soph.1,18.Eccli.5,1,10 †10,10 †11,7 †14, 1 †31,3.Mat. 3,22 †19,21.Luc.8,14 †12 , 15. 1 Tim.6,9.Iac.1,11.

Contra Diuites impios,1 Reg.25,2.Iob.20, 19 †27*.prouer.23,4 †28,8,20,27.Eccle.6,1.Eſaiæ 5,8 †32,9. Ierem . 15, 13 . Amos 6,1 †8,4. Habac.2,5.Luc.6,24 †16,19,24.Iacobi 5,1. vide Auaritia.

DOCTRINA Apoſtolica ſcripta & non ſcripta firmiter tenenda,Rom.16,17.galat.1 , 8, 11.2 Theſſ. 2,15.1 Corinth.11,3,34.

Doctrina Apoſtolorum eſt Chriſti doctrina, Lucæ 10,16.1 Corinth.14,37.2 Corinth. 2,14, 17 †7,20.1 Theſſal.2,2,13.gal. 1,11.

DOEG ſeruus Saulis prodit ſacerdotem Abimelech, 1 Reg.22,9, 18. cædit ſacerdotes Domini, 22,18.

DOLVS, Ierem.9,6.pſalm.34,20 †9, 28. prou.12,17.Marc.7,22.Act.5,1.Rom.1,29.

DOMVS ædificata ſuper petram , firma manebit,pſalm.45,2. Matth.7,24 †16 , 18 . Luc.6, 48.rom.8,35.

DOMVS corporis noſtri,2 Corinth . 5 , 1. 2pet.1,14.

DOMINI & dominæ erga ſeruos & ancillas totamque familiam officium, & poteſtas, Exod.21,2,20,26.Leuit.19,13 †25,38. Deute.5, 14,21 †15,12,16 †24,15.Iob 31,13.prou.29,19. Ier.34,9,14.Eccli.7,22 †33,31 †42,16 . Epheſ. 6,9.Coloſſ.4,1.

DONARIA accipere , ſit ne prohibitum, geneſ. 14, 22. Exod.18,21 †23,8.Num.22,18 Deut.10,17 †27,25.1 reg.8,3 †12,3.3 reg. 13, 7.4 reg.5,16.2 para.19,7.Iob 15,34. pſalm.14, 5 †25,10.prou.15,27 †17,23.Eſaiæ 1,23 †5,23 †33,15 †45,13.Ezec.13,19 †22,12 . dan. 5, 17. Mich.3,11.Eccli.8.3 †20,31.Act.20,35.

DRVSILLA vxor Felicis præfecti , audit doctrinam euangelicam à Paulo Act. 24,24.

E.

EBRIETAS & gula,geneſ.9,21 †19, 32, 35 †25,29.Leui.10,9.1 reg.25,36.2 Reg.11,13 †13,28.3 regum 20,12,16.prou.20, 1 †21 , 17 †23,1,2,3,20,29 †31,4. Eccli.19,1 †23,6 †31, 12,17*.31,35 †37,32*.Eſaiæ 5 , 11 , 22 †22,13 †28,7 †56,12.Ezech.16,49.Dan.5,2.Oſe.4,11. Ioel.1,5.Mich.2,11.Abac.2,5,16.Iudith 13,4. Sap.2,7.1 Mach.16,16.Luc.12,45 †21,34.Rom. 13,13.1 Cor.5,10 †6,10 †15,32 . gal.5,21 . Ephe.5,18.1 Theſſ.5,7.1 Tim.3,3.Tit.1,7.1 pet. 4,3.Hebr.12,16. vide Ieiunium.

Ebrietas iram Dei prouocat.Eſa.5 , 11 , 22 †28,1.Daniel.5,2.Ioel.1,4,5.1 Cor.6,10. Mẽtem alienat.prouer.23,31 Eccli.19,2. Eſa.28,1, 7.Oſe.4,11. ad libidinem incendit. prou.20, 1.Eph.5,18. facultates diſſipat prou.25,20 Eccli.19,1. ſecretum detegit Prou. 31,4 . Abac. 2, 15. ad furorem & rixas excitat.prou.20 , 1 †23, 29.Eccli.31,40,38.Oſe.7,5.

EBRON, vide Hebron.

ECCLESIA accipitur pro templo materiali,Deuter.23,1.Iudic.20,2.Iudith 6, 21. Pſalm. 67,27.Thren.1,10. Ioel. 2 , 16.1 Corinth. 11, 18 †14,34.

Eccleſia accipitur pro cœtu fidelium,Num. 19,20 †20,4.1 Reg.17,47.3 Reg.8,14,55. 1 Para.29,1*.2 Para.1,5.pſalm.21,26 †2, 5 †34,18 † 106,32 †149,1.1 Mach.4,37 †5, 16 †14, 19. Matth.16,18.Act.5,11 †8,1 †16,4.rom.16,16, 23.1 Corint.6,5 †11,16 †12,28 †14,5.2 Cor.8, 18,23,24 †11,8 †12,13.Ephe.5,23. philipp . 4, 15.Coloſſ.1,15.1 Timot.3,5 , 15.Iacobi 5, 14. Apoc.1,11 †22,16.

Eccleſia pro cœtu vnius prouinciæ,3 reg. 8, 14.Act.9,31 †11,2,6 †12,1 †13,1 †15 , 4 †19, 32 †20,17.roman.16,2.1 Corinth.1,2 †16 , 1. 2 Corinth.8,2.gal.1,2.2 Theſſ.1,1.1 pet.5, 13. Apoc.2,1*†3,1.

Eccleſia pro prælatis & præpoſitis, 3 regum

8,14.Matthæi 18,17.

Ecclesia est vna & visibilis præfigurata per vnam & visibilem arcam Noë, Gene.6,14. 1 Pet.3,20. per ciuitatem sanctam Ierusalem, Apocal.21,2. per hortum conclusum, & fontem signatum, Cant.4,12. per vnam columbam,6,8. per vineam,Psalm.79,9. Cant.2,15. Esaiæ 5,2*.Iere.2,21 †12,10.Mat.20,1*. Marc. 12,1.Luc.20,9.Apocal.14,15. per nauem,Luc. 5,3. per sagenam comprehendentem bonos & malos pisces Matth.13,47. per agrum,Matt.13, 24. per regnum cælorum,Matthæi 13*†25*.

Ecclesia firmamentum veritatis errare non potest,Esaiæ 59,21.Matt.16,18 †28,20.Luc.22, 32.Ioan.14,16 †16,13 †17,11,20.1 Tim.3,15*. 1 Ioan.2,27.

Ecclesia est corpus Christi,Cant.4,7,9,11, 12. Ephes.1,22†4,4†5,23.1 Cor.12,27.

Ecclesia fidelium nascitur & propagatur per sanam doctrinam,Ioan.1,12†3,3. Rom.8,13 †9,8. Galat.3,26†4,19. Ephes.1,5. Tit.1,1. 1 Cor.4,15.Philem.10.1 Pet.1,23.1 Ioan.3,9 †5,1,18.Iacob 1,18.

Ecclesia seu fidelium cœtus,tenetur sacerdotibus pastoribusque suis quæ ad vitam sunt tuendam necessaria, suppeditare,Deut.12,19 †14, 27 †16,11 †25,4.1 Esdr.7,23.Matth.10,10.Lucæ 10,7.Rom.15,27.1 Corinth.9,7,11.Gala.6, 8.Phil.2,29†4,10,16.1 Thess.5,12.Hebr.13,7. Tenetur etiam pro suis præfectis orare, Actor. 4,29†12,5.Rom.15,30.Ephes.6,18. Phil.1,19 Coloss.4,2.2 Thess.3,1.Hebr.13,18.

Ecclesia est sponsa Christi, Psalmo 44,11. Ezech.16,9.2 Cor.11,2.Ephes.5,26.Apoc.19, 8 †21,10.

Ecclesiæ caput est Christus,Hose.2,2.1 Corinth.12,27.Ephes. 1,22 †4,15 †5,23.Col. 1, 18 †2,10.

Ecclesiæ quasi membra quædam sunt veri fideles,eidem capiti Christo eiusq; vicario subiecti, cuiuscunque nationis fuerint, siue Iudæi siue Gentiles,Esaiæ 43,9.Ioan.10,16.1 Cor.12, 12.Ephes.3,6.

Ecclesiæ claues promittuntur, & potestas, Matth.16,19. traduntur, Ioann.20,23. exercentur,Matth.18,17. vide Excommunicatio & Confessio.

Ecclesiam sibi Christus comparauit, & emit sanguine suo,Act.20,28.1 Cor.6,20†7,23. Ephes.2,13.Coloss.1,14.1 Pet.1,18.Heb.9,12. 1 Ioan.1,7 Apoc.1,5†5,9†14,4.

Ecclesiam suam Deus protegit & custodit, Exod.13,21†29,45.Leuitic.26,12. Deutero.7, 20†23,14†31,3.3 Reg.6,13.Psal.90,1,11†130, 13.Esaiæ 43,2.Ier.46,28. Matth.18,20†28,20. Ioan.14,23.2 Cor.6,16.

Edom frater Iacob filius Isaac, appellatur Esau,Genes.25,25.

Edumæi negant Israëlitis transitum per suam regionem,Numer. 20,14. cæduntur, & fiunt serui domui Israel, 2 Regum 8,14. deficiunt ab Israel,& creat sibi regẽ,4 Reg. 8,20. superantur à Iuda,14,7.2 Paralip.25,12.

Contra Edumæos prophetia, Num.24,18. Psalm.136,7. Esaiæ 21,11†34,5. Ierem.49,7. Threno 4,22.Ezech. 25, 13,14†32, 29†35.* †36,5.Amos 1,11.Abdiæ 1,1.* vide Esau.

Eleazar filius Aaron,Exod.6,23†28,4. partitur cum Iosue terram Chanaan, Ios.14,1. iuxta præceptum Domini,Num.34,17. consecratur Sacerdos Leuit.8,24*. fit post mortem patris summus Sacerdos,Numer.20,26. Deut. 10,6. moritur & sepelitur,Iosue 24,33. filiũ habet cui Phinees nomen erat Exodi.6,25.quẽ in demortui patris locũ sufficiũt.Num.25,7,12.

Eleasar filius Saura occidit elephãtẽ, quo in vulnere procũbente, ipse oppressus suffocatur.1 Machab.6,43.

Eleasari senis martyrium.2 Machab. 6,18.24.

Eleemosyna pauperibus eroganda,Exod.22,25†23,11.Leuit.19,10†23,22†25,34. Deuter.15,7,10†24,19.3 Reg.17,10.2 Esdr.8, 11.Hest.9,22.Psalm.40,1†81,4†111,9. Prouerb. 3,9,28†11,18,25†14,21,31†19,17†21, 13,21†22,9†28,27†31,20. Eccle.11,1.Esaiæ 58,7.Ezech.16,49†18,7.Dan.4,24. Eccli. 4,2 †7,35†12,3†14,11†29,12†35,4.Tob.1,4†4,7 17†12,9†14,12.Matth.6,3†10,42†19,21†25, 35,42. Lucæ 3,11†6,35†11,41†12,33†14,13 †16,9,21†19,8†21,1.Act.2,42†6,2†9,39†10, 2†11,29†20,35.Rom.12,8†15,26.1 Cor.16, 1*.2 Cor.8,4,15†9*.Ephes.4,28.Hebr.13,16. 1 Ioann.3,17.Iacobi 2,15. quære Misericordia.

Eli sacerdos in Silo,1 Reg.1,3. filij eius reprehenduntur. 2,12,22. è solio lapsus fractis ceruicibus moritur. 4,18.

Elias vide Helias.

Eliseus vngitur propheta,3 Reg.19,19. iuxta præscriptum Domini, 19,16. transit Iordanem,4 Regum 2,14. sanat aquam,2,20. reuocat puerum ad vitam,4,32. mundat Naaman à lepra,5,14. percutit Syros cæcitate,6,18. prædicit rerum abundantiam,7,1. ægrotat, & moritur,13,14,20. mortuum eius corpus excitat mortuum, 13,21. commendatur, Eccli.48,13.

Elymas magus fit cæcus,Act.13,8.

Emere & vendere quomodo oporteat, Genes.23,9,14†25,31†33,19†41,57†42*.Leuitic.19,13,35†25,14,46.Deuter.15,1†25,13. 2 Regum 24,21.Eccli.27,3†42,25.Prou. 11,1, 26†16,11†20,10,23.Esaiæ 23,18.Ierem.32,6. Ezech.45,10.Mich.6,10.Matth.7,2.Luc.14,18. 1 Cor.7,30.1 Thess.4,6.

Ephron, quia negabat Iudæ transitum, funditus perdita est,1 Mach.5,46.2 Mac.12,27.

Episcopi, eorum electio,& officium, Matt.20,23,26.Luc.4,16†22,26.Ioann. 10,4, 14†21,15.Act.1,24†6,3†11,22†14,20†20, 28.Rom.15,16,25.1 Corint.3,5†4,1†16,1,9. 2 Corinth. 3,6†4,5†10,8†6.4.Ephes.1,15†3, 2.Col.1,23 1 Tim.3,1†4,6.2 Tim.2,1,15,24. Tit.1,5.1 Pet.5,2. vide Concionator.

Erubescere nullus debet Euangelium, Psalm.39,11.Eccli.42,9,21.Marc.8,38. Luc.9, 26.Roman.1,16.2 Timoth.1,8.

Erubescendum propter peccata,Ezec.16,52. Eccli.42,11.

Esaias filius Amos,Esaię 1,1. vocatur,& mittitur,6,8†49,1.

Esau filius Isaac nascitur,Genes.25,24. vendit sua primogenita,25,31.Hebr.12,16. supplantatur à fratre suo Iacob,Genes.27*. ducit filiam Ismaelis,28,9†36,3. procedit contra Iacob cum 400.viris,32,6. osculatur suum fratrem Iacob,33,4. In Esau pugnare prohibetur Israel,Deut.2,4. vide Edom.

Esdras Scriba proficiscitur ex Babylone, 1 Esd.7,6.separat mulieres Gentiles ex Israel,9*. †10*. legit coram multitudine librum Legis, 2 Esdr.8,2.3 Esdr.9,39. appellatur Iosedec, 1 Para.6,15.

Esurire iustitiam,Esaiæ 55,1. Psal.106, 9.Mat.5,6.Luc.1,53†6,21. Apoc.21,6†22,17.

Eva formatur ex costa Adæ,Gen.2,21. comedit fructum vetitum,3,6.

Evangelium Christi, eiusque prædicatio,Gen.3,15.Esaiæ 53,1†55,5†61,1.Mat.1,21 †11,28†28,19.Marc.16,15.Luc.2,10†24,46. Ioann.3,16†6,35†8,12†10,9†12,46.Rom.1, 16†3,21,24†8,3.1 Corint.1,15,29†4,15†15, 1.2 Corinth.5,18.Galat.1,6,11. Ephes.1,13. 1 Tim.1,15.2 Tim.1,8†2,8.1 Petr.4,17.

Euangelium adfert fiduciam,simul & timorem,consolationem, & terrorem, Matth.3,7* †5,20,23†7,13,19,23†8,12†9,15†10,33†11, 12†12,37,41†13,29,40,50†15,13†16,27†18, 6,7†20,16†22,13,14†24,12,24*†25,12,13,30, 41* Mar.10,25,31†13*.Luc.3,17†6,24,25†9, 62†12,20,40,48†13,5,26,30†16,22†17,30, 34†19,22*†20,47†21*.Ioan.5,28†15,16.Act. 5,5,6*.Rom.1,18†2,5,6*†6,23†9,18*†11,20, 22†13,2,3,4†14,12.1 Corinth.3,13,17†5,5 †10,8†11,29*†15,51†16,22.2 Cor.7,1,8,10 †13.5.calat.5,21,24. Ephes.5,5. Philipp.2,12. 1 Timoth.5,24.Hebr.9,27†10,26,27*.Iacob. 4,9†5,1.1 Petr.4,18†5,8.2 Petr.1,10†2,4*†3, 10*.Iudæ 15.

Euangelizanti debetur necessaria vitæ sustẽtatio.Mat.10,9.Marc.6,8.Luc.9,4†10,7.Rom 15,26.1 Cor.9,7,11,13.Gala.6,6.1 Timo.5,17 2 Timo.2,6.

Eucharistia,Matth.26,26.Marc.14, 22.Luc.22,19.1 Cor.11,24*†10,16. frequenter sumenda,Act.2,42†20,7. præfiguratur, Exod.16,15*.

Eucharistia sub altera tantùm,nimirum panis specie,Ioan.6,58. data à Christo,Luc.24,30, 31. ab Apostolis.Act.2,42†20,7. in quorũ vtroq.loco Syri vocẽ ἄρτον panẽ reddũt nomine ܠܚܡܐ. Eucharistia.

in Eucharistia nõ remanet substãtia panis post cõsecrationẽ, sed est verũ Christi corpus & sanguis,Mat.26,26.Mar.14,22.Luc.22,19. Ioann. 6,51.

Eucharistiam in publicis supplicationibus circumferendam esse,præfiguratum Iosue 6,6,7, 11*.20.1 Reg.4,3.2 Reg.6,4,5,6.

Eucharistia adoranda,psal.21,28,30†98,5. Ioan.9,38.

Exactio, census, & tributum debetur principibus,Matth.17,24†22,17. Mar.12,16. Luc.20,22.Rom.13,7.

Excommvnicatio à Christo instituta & præcepta,Mat.5,29†16,19†18,8,18. Marc. 9,42.Ioan.20,23.

Excommunicatio in vsu fuit Apostolis,1 Corinth.5,3,10.2 Thess.3,6,14.1 Timoth.1,20. Tit.3,10.

Excommunicatio exercenda ad ædificationẽ & emundationem ecclesiæ, & ad correctionem eius qui excommunicatur,1 Cor.5,4.1 Tim.1, 20.2 Thess.3,14. vt spiritus eius saluus fiat, 1 Cor.5*.

Excommunicatio pharisæorum,Ioan.9,22, 34†12,42†16,2.

Excommunicandi qui in moribus aut doctrina grauiter errantes admoniti, nolunt resipiscere, Prouer.22,10. Matth.18,17.Rom.16,16. 1 Cor.5*.2 Cor.2,8.2 Thes.3*.1 Tim.1,20†6, 5.2 Timo.2,17,21†3,5.Tit.3,10.Ioan.ep.2,10.

Excommunicati vitandi,Mat.18,17.1 Cor. 5*.Tit.3,10.

Exequiae celebrãtur,gen.23,2,3†50,10. Deut.34,8.2 Reg.3,31*.

Ezechias filius impij Achab cũ esset rex, tamen pius fuit,4 Regum 16,20. frangit serpẽtem æneum,18,4. deficit ab Assyriis,18,7. mittit nuncium ad Esaiam prophetam,19,2.Esa. 37,2. decumbit ex graui morbo,4 Reg.20,1. Esaiæ 38,1. ostendit Babyloniis suum thesaurum,& reprehenditur,4 Reg.20,12,14.Esa.39, 1,5. commendatur,Eccli.48,19.

Ezechiel cum aliis captiuis vehitur in Babylonem,Ezech.1,1. vocatur, & mittitur, 2,3. commendatur,Eccli.49,10.

F.

Facere pro Sacrificare in Scripturis,Leuit. 15,15,30.Numer.6,11,16†8,12†9,2,4,10, 14.Iudic.13,16.Luc 22,19.

Fama bona præstantior diuitiis,Prouerb.22, 1.Eccle.7,2.Eccli.41,15,16.

Fames & annonæ caritas,Gen.12,10†26,1 †41*.42*.43*.44*.45*.47*.Exod.16,3.Deut.28, 53†32,24.Ruth.1,1.2 Reg.21,1†24,13.3 Reg. 8,37†18,2.4 Reg.4,38†6,25†8,1†25,3.2 par.6, 28†20,9.2 Esd.5*.Psalm.36,19.Esaiæ 5,13.Ierem. 14,1,12,15†15,2†29,17†34,17.Ezech.5,12, 16†6,11.Ioel.1*.Amos 4,6.Hagg.1,6,10†2, 17.Matth.24,7. Luc.4,25†15,14. Actor.7,11 †11,28 Rom.8,35.2 Cor.8,14†11,27.Apoc.6, 8†18,8.

Fames verbi Dei, 1 Reg.3,1.2 paral. 15,3. Oseæ 3,4†4,1.Amos 8,11.

Famvlorvm famularumque officium, Gen.16,4,6†24*.†30,25†31,4†39,1,6.Exod. 21,2,20.4 Reg.5,20,25.Prou.14,35†17,2†19, 10†29,19.Eccle.2,7.Eccli.7,22†10,28.Ierem. 34,8. Ioel.2,29. Luc.12,37,45. Actor.12,13. 1 Corinth.7,21.Ephes.6,5.Coloss.3,22.1 Timoth.6,1.Tit.2,9.1 Pet.2,18.

Felix præfectus Iudææ,Act.23,24†24*.

FERMENTVM, mala doctrina, Leuitic. 2,11 †6,16. Deut. 16,3. Matt. 16,6. Marc. 8,15. Luc. 12,1. 1 Corin. 5,5. Galat. 5,9.

FESTA Iudæorum, & in primis festum Paschæ. vide Pascha.

Festum Pentecostes, Exod. 23, 16 †34, 22. Numer. 28,26. Deut. 16,9. Ioan. 5,1. Act. 2,1. †20, 16.

Festum tubarum, Leuit. 23,24. Num. 29,1. 2 Paral. 5,3.

Festum expiationum. Leuit. 16,30. †23, 27. Num. 29,7,8.

Festum tabernaculorũ, Exod. 23,16. Leuit. 23,34. Num. 22,12. Deut. 16,13 †31,10. 1 Esdr. 3,4. 2 Esdr. 8,15,17. 2 Mach. 1,9 †10, 6. Ioan. 7,2.

Festum Sabbati, vide Sabbatum.

Festum neomeniæ, Num. 28,11. 1 Reg. 20, 5. Ezech. 45,18.

Festorum violatio quàm grauiter puniatur, Num. 15,32.

FESTVS præfectus Iudææ, Act. 24,27.

FIDES in Scripturis variè accipitur, videlicet pro fidelitate & veritate Dei in seruandis promissis, Psal. 32,4. Esai. 11,5. Thren. 3, 23. Ose. 2,20 †5,9. Rom. 3,3. pro veritate & constantia verborum inter homines, Genes. 39,16. †44,32. Leuit. 6,2. Eccli. 22,28. Iere. 42,5. 1 Machab. 10,27. 1 Tim. 2, 7. pro virtute Theologica, Sap. 1,2 †3,14. Abacuc 2,4. Matth. 8,13 †9, 22 †17,20. Marc. 5,34. Luc. 5,20. Rom. 3,21 †4, 3 †5,1. pro fide viua & formata per charitatẽ, Abac. 2,4. Matth. 9, 22 † 15,28. Marc. 5,34 †10, 52. Luc. 7,50. Rom. 3,22. Galat. 5,6. Hebr. 11*. pro fide mortua absque charitate, Matth. 7, 21, 22. 1 Cor. 13,2 †15,2. Iacob. 2,26. pro sponsione seu voto, 1 Tim. 5,12. pro fiducia. Iacob. 1,6.

Fides charitate inferior. vide Charitas.

Fides viua quę per charitatem operatur, magnæ virtutis est, Matth. 9,2,22,29 †21,22. Marc. 16,16 Lucæ 18,42. Ioann. 1,12 †3,15,16,36 †6, 35 †7,38 †11,25 †14,12 †20,29. Act. 3,16 †10, 43 †15,9 †16, 31. Rom. 1,16 † 3,22. Galat. 3,8. Ephes. 2, 7. Hebr. 11,6*.

Fides non facit nos certos aut securos de accepta peccatorum remissione, aut consequenda vita æterna. vide Certi.

Fides sine operibus non iustificat, 1 Cor. 13, 2. Galat. 5,6. Iacobi 2, 24.

Fides ipsa etiam appellatur opus bonum, Philip. 1,6.

Fides est vna, Ephes. 4,5.

Fidei viuæ & operanti tribuitur iustitia & salus, Genes. 15,6. Marc. 16,16. Luc. 1,45 †8,48 †23,41. Ioan. 5,24 †17,3. Act. 13,38 †16,31. Rom. 3,22 †4,3, 22 †5* †10, 1,10. Philip. 3,9. 1 Petr. 2,6. Hebr. 4, 3.

Fidei prædicatio ad eorũ qui præsunt in ecclesia, iudicium referenda est, Gal. 2,2.

Fidem Gentilium etiam respicit Deus, Iere. 39,18. Matth. 8, 5, 13 †15,28. Luc. 7,9 †10,33 †17,16. Ioan. 4,47. Act. 10,3 †8,26.

Fideles Deus liberat à communi perditione & internecione impiorum, Gen. 6*. 7*. 8*. 19*. Exod. 8,22 †9,4,6,26 †10,23 †11,7. Numer. 16, 20,26,31. Ierem. 39,18. Dan. 6,22. 2 Pet. 2,7.

Infidelitas seu incredulitas punitur, Gen. 19, 11,17,26. Num. 11,21 †14,2,11 †20,12. Deut. 9,20. 4 Reg. 7,2,17. 4 Esdr. 15,4. Psalm. 77,32. Eccli. 2,15. Matth. 8,28 †14,30 †17,17. Marc. 16,16. Luc. 1,16 †24,24. Ioann. 3,18, 36 †6,7 †8,24 †12,48 †20,27. Rom. 11,20. Hebr. 3,18 †4,2 †11,6. Apoc. 21,8.

FILIORVM officium erga parentes, Gen. 9,23 †22,2,7 †27,1 †28,7 †37,14*. Exod. 20,12 †21,17. Levit. 19,3,32 †20,9 †21,9. Deut. 5,16 †21,15,18 †27,16. Iudic. 14,1. 1 Reg. 2,11,18, 22 †3,1,7 †8,1 †18,5. 3 Reg. 2,19. 4 Reg. 2,23 †12,2 †22,1. 2 Par. 34,3. Eccli. 3,1,8 †6,18 †7, 29 †8,7,11 †22,3 †23,18 †25,10 †32,24. Tob. 4,1 †14,5. Iob 1,4 †8,4 †32,4,6. Prouerb. 1, 8 †4,1 †6,20 †10,1 †13,1 †15,20 †19,26 †20, 11, 20 †22,15 †23,19,25 †28,24 †30,17. Ier. 35,16. Ezech. 22,7. Matth. 4,20 †10,35 †15,4 †19,19. Marc. 10,19. Luc. 2,48 †18,20. Act. 7,14 †22,3. Ephes. 6,1. Col. 3,20. 1 Tim. 5,1. 1 Petr. 5,5.

FOENVM & herba citò transiens omnis homo, Psalm. 89,6 †128,6. Esaiæ 40,6. Eccli. 14, 15. 1 Petri 1, 24. Iacobi 1, 10.

FOENVS, vide Vsura.

FORNICATIO iram Dei prouocat. Deut. 22,21. Prou. 23,27. Eccli. 19,3. Ierem. 5,7. Ose. 4,14. 1 Corint. 6,9,13,15. Colos. 3,5. Heb. 13, 4. corpus eneruat, & facultates absumit. Iob. 31, 12. Prouer. 23,27 †29,3 †31,5. Eccli. 9.6. infamiam adfert, Eccli. 9,10 †41,21. fornicationis occasiones vitandæ, Eccli. 9,4,12 †42,12. fornicatio non solùm in opere externo, sed & in affectu prohibetur, Exod. 20,17. Matth. 5,28.

Fornicatio spiritalis, quæ est hæresis & idololatria, Deuter. 31,16. Iudic. 2. 17 †27,33. Esai. 1,21 †57,3. Ierem. 3,1. Ezech. 6,9 †16*. Osee 1, 2 †2,4 †4,15. Apocal. 18,3.

FRATRES & sorores Christi qui sint. Matt. 12,49 †28,10. Marc. 3,33. Luc. 8,21. Ioan. 20, 17. Heb. 2,12. Psalm. 21, 23.

FRAVS, quere Dolus.

FRVCTVS boni operis, quære Opus.

FVNDAMENTVM est Christus, 1 Cor. 3, 11. Ephes. 2,20. 1 Pet. 2,6. fundamentũ etiam Apostoli, Ephes. 2,20. Apoc. 21,14. & peculiariter Petrus, Matt. 16,18*. Ioan. 21,15,17. cuius fides nunquam deficiet, Luc. 22, 31.

FVRTVM prohibetur, committitur, & punitur, Exod. 20,15 †21,17 †22,1. Leuit. 19,11. Deuter. 5,19 †24,7. Iosue 7,1,19. Tob. 2,21. Prou. 6, 30. Ose. 4,2. 2 Mach. 12, 40. Matth. 19, 18. Ioan. 12,6. 1 Cor. 6,10. Apoc 9,21.

Fures dicuntur, verbum Dei & doctrinã veram adulterantes, Ierem. 23,30. Ioan. 10,1.

G

GAAL opponit se Abimelech, Iudic. 9,26, 35,39.

GABAONITÆ redimunt vitam astu quodam, Iosue 9*. obsidentur, & obsidione liberantur, 10,5*. propter ipsos iniustè à Saule occisos suspenduntur filij Saulis, 2 Reg. 21,1,6,9.

GABELVS venit cum Raphael ad nuptias Tobiæ, Tob. 9,7.

GABRIEL apparet prophetæ Danieli, Dan. 8,16 †9,21. Zachariæ sacerdoti, Luc. 1,11. virgini Mariæ, 1, 26.

GAD filius Iacob ex Lia, Gen. 30,11 †25, 26.

Gadditæ recipiunt suam hæreditatem, Num. 32*. Deut. 3,12. Iosue 13, 24.

Gad propheta admonet Dauid, vt non maneat in terra Moabitarum, 1 Reg 22,5. nunciat Dauidi iram Dei, 2 Reg. 24,11,18.

GAIVS, 1 Cor. 1,14. capitur, Act. 19,29. deducit Paulum in Asiam, 20, 4. hospitio eum suscipit, Rom. 16, 23.

GALGAL, siue Galgala, ciuitas Israel, Ios. 4, 19. in Galgal circunciditur populus, & celebrat Pascha, 5,2, 7,10. egreditur inde ad liberandos Gabaonitas, 10,7. reuertitur, 10,43.

GALILAEA recipit Christum, Ioan. 4,45. in Galilæa incipit Christus prædicare, Matth. 4, 12. Act. 10,37.

GAMALIEL vir peritus Legis, Act. 5, 34 †22, 3.

Gamaliel dux Manassitarum, Num. 1, 10.

GAVDERE & lætari honestè licet, 1 Paral. 29, 9*. 2 Esdr. 12,42. Psalm. 67,4. Lucæ 1,14. 1 Thess. 1,6 †5,16.

Gaudendum non est more Gentilium, Eccle. 2,2 †7,3. Hos. 9,1. Amos 6,8. Prouer. 2,14. Iacob. 4,9.

Gaudium in persecutione, Matth. 5,12. Act. 5,41 †20,24. Rom. 5,3. Coloss. 1,24. Hebr. 10, 34 †11,25.

Gaudium spiritus, Luc. 10,21. Rom. 12,12 †14,17. Gal. 5,22. Phil. 4,4. 1 Thess. 5,16.

Gaudium salutis æternę, Esaiæ 25, 18 †26,1 †33,20 †65, 12. Sap. 3,1,7. vide Beatitudo.

GEDEON dux & iudex in Israel, Iudic. 6*. †7*. †8*.

GEMITVS quis probandus, quis improbandus, Exod. 2,24. Ezech. 9,4. Tob. 3,1. 2 Machab. 6,30. Rom. 8,22. Iacobi 5,9.

GENTIVM vocatio, Gen. 49,10. Num. 24, 17. Deut. 32,43. 2 Reg. 22,44,50. 3 Reg. 8, 41. Psalm. 2,8 †21,28 †67,32 †71,8,17 †85,9 †86,4. Esai. 2,2 †11,10 †19,18 †25,7 †27,13 †29, 17 †35*. †41,25 †43,5 †45,14 †49*. †51,5 †54*. †55*. †56,3,6 †60,3,9 †65,1 †66,19,20. Ierem. 9,24 †12,16 †16,19. Hose. 2,1,24. Ioel 2,28. Mich. 4,2. Soph. 3,9. Zach. 2,11 †8,20 †9,10. Matth. 2,2,7 †8,11 †21,31,43 †22,9. Ioan. 10,16. Act. 8,26,30 †10*. 1 Cor. 12,13. Eph. 2,10.

Gentilium mores non sunt nobis imitandi, Leuit. 18,3 †20,23. Ier. 10,2.

GENV omne flectendum Domino, Psalm. 21,30. Esaiæ 45,23. Rom. 14,11. Philip. 2,10.

GERSON filius Leui, Num. 3,17. Gersonitarum ministerium, 3,25 †4,22.

GIESI minister Elisei, 4 Reg. 4,25. fit leprosus, 5,26.

GLADIVS non cuiuis permittẽdus, Matt. 26, 51. Marc. 14,47. Lucæ 22,49. Ioan. 18,10.

Gladius spiritus est verbum Dei, 4 Esdr. 13, 9, 27. Esaiæ, 11,4 †27,1 †31,8 †49,2 †66, 16. Ephes. 6,17. Heb. 4,12. Apocal. 1,16 †2,16 †19, 15. 2 Thess. 2,8.

GLORIA Dei in omnibus quærenda, Ios. 7,19. Psalm. 115,1. Matth. 6,9. Ioan. 9,24 †17, 4. Act. 3,12 †12,23. 1 Cor. 6,20 †10,31. Philip. 1,20. Coloss. 3,17. Tit. 2,10. quære Honor.

Gloria beatorum, vide Beatitudo.

GODOLIA filius Ahicam gladio interimitur, 4 Reg. 25,25. Ierem. 41,2.

GRATIA in Scripturis accipitur pro beneficio, Ruth 2,20. 2 Reg. 2,6 †15,20. Prouer. 4,9. Eccli. 7,37 †29,20. pro fauore, Genes. 6,8 †18,3 †19,19 †39,21. Exod. 12,36. Tob. 1,13. Hesth. 2,17. Prouer. 13,15. Eccli. 4,25. Dan. 1, 9. Act. 2,47 †24,27 †25,9. pro præmio quod à Deo expectatur, Prouer. 1,9 †12,2. 2 Machab. 12,46. Luc. 6,33. 1 Pet. 2,19. pro dono aliquo gratis dato, Hesth. 15,17. Psalm. 44,3. Prouerb. 3,22 †16,23 †22,11. 1 Corinth. 12.*. Ephes. 4,7. 1 Pet. 4,10. pro dono supernaturali Deo gratum faciente, Psalm. 83, 12. Lucæ 1,28 †2,40. Ioan. 1,15. Roman. 1,7. 1 Cor. 16,23. 2 Corin. 1,12. Galat. 5,5. Hebr. 13,9. Iacobi 4,6. pro re grata, pulchra, accepta, & amabili, Prou. 31,30. Eccle. 10,12. Eccli. 7,21 †21,19 †26,16,19 †40, 22. Luc. 4,22. Ephes. 4,29.

Gratiæ donum quàm sit occultum, & reconditum, quodque nemo facilè illud sibi arrogare debeat, Iob 9,20,21. Psalm. 2,11 †18,13 †142, 2. Prou. 14,12 †20,9. Eccle. 9,1,2,12. Eccli. 5,5. Ierem. 17,9. 1 Cor. 4,4. 2 Corinth. 10,14 †13,5. Galat. 6,3. Philipp. 2,12. 1 Petr. 4,18. 2 Petr. 1, 10. 1 Ioann. 4, 1.

Gratia qua quis hominibus gratus est, etiam illa à Deo est, Exod. 3,21 †11,3 †12,36. 4 Reg. 25,27. 2 Esdr. 2,5. Psalm. 105,46. Ierem. 40,2, 3,4. Dan. 1,9. Tobiæ 1,13. Act. 24,23 †27,3 †28, 16.

Gratus animus erga Deum & homines commendatur, Genes. 4,3 †8,20 †14,21 †23*. †24, 48 †26,25. Exod. 15,1. Levit. 25,6. Numer. 15, 17 †31,48. Deuter. 4,9 †6,5. Iudic. 5,1. 1 Reg. 2,1 †14,35 †31,11. 2 Reg. 10,2 †19,32. 3 Reg. 2, 7. 1 Paralip. 29,10,20. 2 Paralip. 15,11 †20,26. Hesth. 6*. Tob. 9,1 †12,1,7. Eccli. 7,22 †32,28 †35, 13. 1 Mach. 4,24 †5,54. 2 Machab. 3, 33. Matth. 11,25. Marc. 5,19. Luc. 18,43. Ioann. 11, 41. Actor. 4, 21 †27,35. Roman. 6,17. 2 Cor. 6,1. Ephes. 5,19. Philip. 4,6. Coloss. 2,7 †3,15. 1 Thess. 5,18. 2 Thess. 1,3. 1 Tim. 4,3.

Gratię agendæ ante & post cibum sumptũ, Deut. 8,10. 1 Reg. 9,13. Esaiæ 62,9. Matth. 14, 19 †15,36 †26,25. Marc. 6,41 †8,6 †14,22. Lucæ 9,16. Ioann. 6,11,23. Act. 27,35. Roman. 14,6. 1 Cor. 10,30. 1 Tim. 4,3.

GVLA, vide Ebrietas, & Ciborum luxus.

H

HAERETICOS & infideles reinquit Deus ad iustorum probationem, Iudic. 3, 1. 1 Cor. 11,19.

Hæretici iam inde à temporibus Apoſtolorũ extiterunt,1 Timoth.1,20. 2 Tim.2,18. 1 Ioan. 2,18. 2 Ioan.7. Apoc. 2,15.

Hæreticos futuros etiam noſtris temporibus prædictum eſt, Matt.24,5,24. Ioann.5,43.1 Timoth.4,1. 2 Timoth. 3, 1. 2 Petr.2,1 †3,3. Iudæ 18.

Hæreticorum mores & doctrina, ibidem.

Hæretici vitandi,Deuter. 13,1. Matth.7,15. Rom.16,17. 2 Tim. 2,17†3,5.Tit.3,10.2 Theſ. 3,14. Ioan. 2,10.

Hæretici malè tolerantur à præfectis, Apoc. 2, 14.

Hæretici tollendi è medio,Deuter. 13,5†18, 20. 3 Reg.18,40*. 4 Reg.10, 25*.

Hęreſis,fornicatio ſpiritalis:vide Fornicatio.

HAZAEL famulus Benhadad regis Syriæ, 4 Reg. 8,11,15. iuxta mandatum Domini, 3 Reg.19,15. percuſſit Iſrael in vniuerſis finibus ſuis, 4 Reg. 10,32 †12,17†13,3. quemadmodum prophetatum eſt,4 Reg.8,11,13. moritur, 13, 24.

HELIAS vir piloſus, & zona pellicea cinctus renibus, 4 Reg.1,8. Heliæ orationis efficacia, 3 Reg. 17, 1. Iac. 5,17,18. alitur miniſterio corui,3 Reg.17,2. excitat puerum mortuum,17,19. occidit prophetas Baal, 18,40. fugit Iezabel,19,3. mittitur in Damaſcum, vt vngeret Hazael regem Syriæ, 19, 15. mittitur ad Achab, 21, 17. ad Heliam miſſi principes quinquagenarij cum ſuis, igne cælitus demiſſo conſumuntur, 4 Reg.1,10. aſſumitur per turbinem in cælum,2,11. apparet in transfiguratione Domini,Matth.17,3. Luc.9, 30.

HELIODORVS à cubiculis Seleuco,tentat theſaurum templi auferre,2 Mach.3,7,13. punitur à Deo, 3, 24.

HELISEVS: vide Eliſeus.

HERODES Aſcalonita occidit innocentes pueros,Matth.2,16. & moritur, 2,19.

Herodes Antipas filius Herodis,tetrarcha Galileæ,Luc.3,1. occidit Ioannem Baptiſtã,Matt. 14,9. Herodes & Pilatus morte Chriſti inter ſe reconciliantur, Luc.23,12. Act.4,27.

HERVS & Hera:vide Dominus & Domina.

HESRON filius Phares,Gen.46,12.Matth. 1,3. reliquit poſt ſe Aram, & appellatur Iephonne, 1 Paral.4,15.

HESTER fit vxor Aſſueri, Heſth.2*. precibus ſuis apud Aſſuerum latam de Iudæis vno die occidendis ſententiam reuocat, Heſt. 8,3,8.

HIEREMIAS: vide Ieremias.

HIERVSALEM: vide Ieruſalem.

HOLOFERNES dux Nabuchodonoſor mittitur contra Iſrael,Iudith 2,4. blaſphemat Deum,6,1. obſidet Bethuliam,7,1. proprio gladio ceruix ei præciditur,13,8. caput eius cõſpiciendum ponitur in muris ciuitatis, 14, 1. totus Aſſyricus exercitus ſe in fugam dedit,15,1.

HOMO creatus eſt ad imaginem Dei, Gen. 1,26 †2,7†5,1 †9,6. Sap.2,23. Eccli.17,1. Iob 10,8. Pſalm.118,73. Iac. 3,9.

Homo maledicitur,Gen.3,17. benedicitur in Chriſto,Gen.12,3†22,18. Gal.3,8.

Hominis regeneratio,Matth.18,3.Ioan.1,13 †3,3,6†4,14†7,38. 1 Corinth.4,15. Galat.4,19. Epheſ.4, 22. Coloſ.3,8. Tit.3,5. 1 Pet.1,23†2, 2. Iacobi 1,18.

Homo puluis & lutum, Gen.2,7 †3,19 †18, 27.Eccle.12,7.Eccli. 17,1 †18,8 †41,13. Iob 4, 19†10.8†34,15. Pſalm. 77,39 †102,14 †145,4. Eſaiæ 40,6.

HOMICIDIVM, latrocinium, & ſanguinis effuſio,Gen.4*.†9,6†37,18. Exod.2,12 †20, 13†22,2. Leuit.24,21. Num. 25,7*. Deuter.5, 17†19,4,11 †21,1 †27,24. Ioſue 20,3. Iudic. 9, 5. 1 Reg.18,17. 2 Reg. 3,27 †4,7,12. 3 Reg. 2, 5,25,34,46. 4 Reg.14,5 †21,16. Prouerb.6,17 †28,17. Eccli.34,25,27.Thren.4,13.Ezech.11, 6†22,2†24,6.Hoſe.4,2.Matth. 5,21†19,18†23, 34†26,51. Ioan.8,44.Roman.13,9.Galat.5,21. 1 Ioann.3,12. Apocal.13,10.

HONOR quiab hominibus proficiſcitur,nõ magnificiendus, Num.16,1. Iudic.9,1. 1 Reg. 10,27. 2 Reg.15,1.3 Reg.1,5. Heſth.3,1*.†6,6. Eccli. 9,16†10,29,30. Ier.9,23. Matth.6,1†8,4 †9,30 †17,9 †20,21,26. Marc.1,44 †5,43 †7,36 †8,26†9,8†10,35,43. Luc.22,24. Ioan.6,15 †8, 50†12,43. Act.10,26†14,14. Gal.6,2. Phil.2,3. 1 Theſſal. 2,6.1 Pet. 5,3.3 Ioan. 9.Apocal.19,10 †22,9.

Honor Dei: quære Gloria.

Honorandi parentes: vide Parentes.

HOSPITALITAS commendatur, Eſaiæ 58,7. Matth. 25,36. Luc.14,13. Roman.12,13. 1 Timoth.3,2. Tit. 1,8. 1 Pet. 4,9. 3 Ioan. 5,9. Hebr. 13,2. Iacobi 1,27.

Hoſpitalitatis exempla,Gen.18,3†19,2 †24, 31. Ioſue 2*. Iudic.13,15†19,4,9. 3 Reg.17,10, 17. 4 Reg.4,8. Iob 1,4†31,17. Tob. 2,1. Lucæ 10,38†19,6. Act.16,15 †28,2,7.

Inhoſpitalitas,Iudic. 8,5†19,18.1 Reg.25,9, 14. Sapient.19,13.

HVMILITAS Deo grata eſt, Geneſ.18, 27 †29,31†41,40. Iudic.6,15.1 Reg.1*.†2,1,8 †7, 9,10. 2 Reg. 6,16,21.2 Paral.12,6,8†32,26†33, 12†34,26.Pſalm.33,19. Prou.11,2 †16,19 †18, 12†22,22†25,7†29,23. Eſai.37, 1†57,15 †66,2. Ierem.1,6.Ion.3,5.Eccli.3,18†7,19.Iudith 4,7, 11†9,16. Matth.3,11 †5,3 †8,8 †11,29 †15, 27 †18,4†20,26†21,5†23,7,11. Marc.9,34†10,43. Luc.1,48 †9,47†14,7,11 †15,19†18,13 †22,26. Ioã.13,4. Act.10,26.Rom.11,20†12,16.1 Cor. 4,6†15,8. Phil.2,3.Col.3,12.Heb.11,24. 1 Petri 5,5.Iac.1,9†4,10.Apoc.4,10†19,10.

HYMENÆVS pſeudoapoſtolus, 2 ad Timoth. 2,17.

HYPOCRISIS,1 Reg.15,11*.†18*.2 Regum 15,2,7.4 Reg. 1,6,9. Iob 8,13†13,16 †15, 34†20*.†27,8†36,13. Prouer.30,13. Eccli.1,36 †19,24. Eſaiæ 29,13†58,2. Ier.9,8. Ezech. 33, 30.Malach.3,13. 2 Machab.6,24.Matth.2,7,16 †6,2,16 †7,5 †15,7 †16,3 †22,18 †23*. †24,51. Marc.7,6. Luc.11,44†12,1,56†18,11. Act. 5,1 †8,18†13,8. Roman.2*.Galat.2,13. 1 Tim. 4,2. 2 Tim.3,5. 1 Theſ.5,22.1 Pet.2,1.

I

IABES in Galaad opprimitur ab Iſrael, Iudic.21,10. obſidetur,1 Reg.11,1. viri Iabes Galaad exhibẽt miſericordiam Sauli, & filio eius, 31,12.

IACOB filius Iſaac naſcitur,Geneſ.25, 23. emit à fratre Eſau primogenita, Geneſ.25,31. præripit Eſau benedictionem 27,5*. proficiſcitur ad Laban, 28,10. videt ſcalam, & vouet votum,28,12,20. ſeruit Laban pro duabus filiabus,29,18. reuertitur in patriam, 31, 17. luctatur cum angelo, 32,24. vocatur Iſrael, 32, 27†35,10.3 Reg.18,31. mittit filios in Aegyptum,42,1. migrat cum tota ſua familia in Aegyptum,46*. Deuter.10, 22. filios Ioſeph adoptat in ſuos, 48, 5, 8. benedicit duodecim filiis, & moritur, 49,33. ſepelitur cum patribus ſuis in terra Chanaan, 50, 4,7. ſecundum promiſſionem, 47, 29. & ſecundum mandatum,49,29. commendatur,Eccli.44,24. vide Iſrael.

Iacobus Zebedæi filius vocatur, Matt.4, 20. occiditur, Act.12,2.

IEBVS appellatnr Ieruſalem,Ioſ.15, 8. Iudic.19,10.1 Paral.11,4. Iebuſæos expugnare non poterat Iſrael, Iudic. 1,21. ſuperantur tamen à Dauid, 2 Reg.5,8.

IEHV filius Hanani prophetæ arguit regem Ioſaphat,2 Par. 19, 2. mittitur ad Baaſa regem Iſrael, 3 Reg.16,1,7.

Iehu filius Ioſaphat filij Namſi vngitur vt rex eſſet Iſrael,ad delendam domum Achab,4 Reg. 9,1,6. iuxta præſcriptum,3 Reg.19,16. occidit Iezabel,4 Reg.9,30,33. occidit ſeptuaginta filios Achab, 10, 1. iubet comprehendi & iugulari fratres Ochoziæ regis Iuda,10,14. perditſeruos Baal, 4 Regum 10,17,25. moritur, 10, 35.

IEIVNIVM & ieiunandum eſſe, Ioel 2, 12. Tobiæ 12,8. Matth.6,16. Marc.2,20. Luc. 2, 36 †5,35. Roman.13,13. 1 Corint.7,5.2 Corinth. 6,5 †11,27. Acto. 13,2,3,14,22.Epheſ.5, 18. 1 Theſ.5,6. Tit.2,2. 1 Pet.1,13†5,8. vide Quadrageſima.

Ieiunij meritum, Ierem.35,14,19. Ionæ 3,7, 9,10. Iudith 4,8 †8,6. Matth.17,21†6,17. Lucę 2, 37.

Ieiunatur pro mortuis,1 Reg.31,13.2 Reg.1, 12†3,36. 1 Paral.10,12.

Ieiunij exempla, Exod.24,18†34,28. Deut. 9,9,18.Iudic.20,26. 1 Reg.7,6†31,13.2 Reg.3, 35 †12,16. 2 Paral. 20,3. 1 Eſdr.8,21.2 Eſdr.1, 4. Heſth.4,3. Pſalm.34,13. Ierem.36,9. Dan. 10, 3. Ionæ 3,5. Iudith 4,7 †8,5. Tobiæ 3,10. Matth. 4,2†9,14. Luc.2,37†5,33. Actor.10,30 †13,3†14,25.

Ieiunium indictũ à rege Saule,1 Reg.14,24. à Ioſaphat,2 Par.20,3. à Niniuitis & corũ rege, Ionæ 3,5,7. ab Eſdra,1 Eſd.8,21. ab Heſther & Mardochæo, Heſt,4,16. vide Abſtinentia.

IEREMIAS propheta ex Anathoth.Ierem. 29,27. vocatur,& à Deo mittitur, 1,4.

Ieremias perſecutionem patitur, Ierem.18,19 †20,1†26,7†33,1†37,12†38,4,7.

Ieremias inuenit gratiam apud Nabuchodonoſor, Ierem. 39,11.

Ieremias vinculis ſoluitur à Nabuzardan,Ierem. 40,1.

Ieremias luget Ioſiam, 2 Paral.35,25.

IERICHO expugnatur & exuritur, Ioſ. 6, 20, 24. reædificatur ab Hiel, 3 Reg. 16,34. appellatur ciuitas Palmarum, Deut.34,3. 2 Paral. 28,15.

Libros Machabæorũ recipiunt ſuprà ſcripti locis notatis, & D. Cypr. de exhort. mart. ca. 11. B. Ambroſius lib. de Iacob, & vita beata, c. 11. & 12. D. Aug. lib. 2. cõtra ep. Gaudentij cap. 23. lib. 18. de ciuit. cap. 36. B. Leo in ſerm. de S. Machabæis.

Epiſtolam Pauli ad Hebræos agnoſcũt omnes qui texunt Indicem librorũ canonicorum, quos ſuprà citauimus, & præter illos conc. Nicenum 1. teſte D. Thoma in comment. ſuper hanc Epiſtolam. concil. Epheſinum 1. can. 10. Origenes apud Euſeb. lib. 6. hiſtor. c. 18. eandemque tanquá Pauli ſemper receperũt omnes eccleſiæ Oriẽtis, & omnes Græci, teſte B. Hieron. in ep. ad Dardanũ: nec vllus ferè eſt Latinorum qui eam nomine Pauli non citet.

Epiſtolam Iacobi pro canonica & diuina Scriptura habent conc. Laodicenũ, Carthaginenſe 3. Romanũ ſub Gelaſio 1. Florentinũ, Tridentinum. Athanaſius in ſynopſi, Hiero. Innocẽtius 1. Auguſtinus, Iſidorus, Damaſcenus locis ſuprà notatis, & prætetea conc. Mileuitanũ c. 7. B Hieron. de viris illuſtribus. D. Ambroſius in Pſalmo 118. ſerm. 7. Auguſtinus, & alij paſſim, qui ex ea tãquam diuina Scriptura teſtimonia adducunt.

Epiſtolá Iudæ agnoſcũt ſupradicti locis citatis, nec nõ D. Hieron. de viris illuſtrib. B. Auguſt. lib. 18. de ciuit. cap. 38.

Epiſtolá 2. Petri iidẽ ſuprà citati locis notatis recipiunt, & præterea B. Hier. in epiſt. ad Cyprian. & quæſt. 11. ad Hedibiá. item B. Auguſt. lib. 11. de ciuit. Dei ca. 33. & lib. de fide & oper. cap. 24, & 25.

Epiſtolas 2, & 3. Ioannis omnes ſuprà ſcripti in ſuis catalogis librorum canonicorum ponunt, & præterea B. Hieron. in ep. ad Euagrium.

Apocalypſim præter ſupradicta cõcilia Carthaginenſe 3. Romanũ, Florẽtinum, Tridentinũ, & patres Athanaſiũ, Hieronymũ, Innocentiũ, Auguſtinũ, Iſidorum, Damaſcenum locis ſuprà adductis recipi ab omnibus in Eccleſia tanquá Ioannis Euangeliſtæ, mãdat conc. Toletanum 4. canone 16. & ſæpius ſub nomine Ioannis Apoſtoli citat Iuſtinus Martyr in Dialogo cũ Triphone, & paſſim Tertullianus, Cyprianus, Ambroſius, &c. Philaſtrius inter hæreticos recenſet eos, qui Apocalypſim ſub nomine Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ non recipiunt. Idem cenſet Epiphanius hæreſi 51.

PRAETER SCRIPTVRAM *habuit ſemper Eccleſia traditiones non ſcriptas.*

Ex Baſilio cap. 27. de Spiritu ſancto.

Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως, παραδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρελάβομεν, ἄπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅστις γε κἂν μετρίως τῶν θεσμῶν τῆς ἐκκλησιαστικῆς πεπείραται. εἰ γὰρ ὁπότε χειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῆς ἐθῶν ὡς οὐ μεγάλων ἐχόντα τὴν δυνα-

μιν ἀποβαλοῦμεν. λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ πρῶτα ζημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιῐστῶντες τὸ κήρυγμα.

Eorũ quæ in Eccleſia cõſeruata, & prædicata ſunt, dogmatum, quædá ex ſcripta habemus doctrina, alia ex Apoſtolorum traditione, nobis quaſi per manus in myſterio atque arcanè tradita ſuſcepimus; quæ vtraque ad religionẽ Chriſtianá eandem vim habẽt; & his nemò cõtradicet, quiſquis vel tenuiter Eccleſiaſticorũ rituum peritus fuerit. Si enim cõſuetudines Scriptura non cõprehenſas quaſi exiguá vim habentes reiicere aggrediamur, imprudentes Euangelium ipſum ſuis potiſſimis mutilabimus partibus, imò verò ipſam Euangelij prædicationem ad nudum nomen contrahemus.

Conſentit D. Chryſoſt. hom. 4. in 2. ad Theſſ. ſcribẽs in hunc modũ: Hinc patet quòd nõ omnia per epiſtolá tradiderint (Apoſtoli;) ſed multa etiá ſine literis, eadem verò fide digna ſunt tam illa, quàm iſta, etc.

Idem docet Synodus 7. actione 7. his verbis: Fatemur nos Eccleſiaſticas traditiones ſiue ſcripto, ſiue conſuetudine valentes retinere velle, quarum de numero eſt Imaginũ effiguratio. Et infrà: Si quis traditiones Eccleſiaſticas ſiue ſcripto, ſiue conſuetudine valẽtes non curauerit, anathema ſit.

Concil. Trident. ſeſſ. 4. *Doctores Græci,* Dionyſ. Areop. lib. 1. de Eccle. hier. cap. 1. B. Ignatius in epiſt. ad Heronem. B. Ireneus lib. 3. contra Valent. cap. 4. Clemens Alexand. lib. de Paſchate, teſte Euſebio lib. 6. hiſt. cap. 11. Origenes hom. 5. in lib. Numerorũ, Epiphanius lib. 2. hær. 61. D. Ioannes Damaſc. lib. 4. de fide c. 13 & 17. *Doctores Latini,* Tertull. l. de corona militis, B. Cyprian. lib. 2. epiſt. 3. B. Hieron. in dialogo aduerſus Luciferianos, & ep. 54. quæ eſt ad Marcellũ aduerſus Montanũ, B. Auguſt. lib. 2. de Baptiſm. cõtra Donatiſtas c. 7. & lib. 5. c. 23, & 26. & ep. 118. ad Ianuar. B. Leo ſermone 2. de Ieiunio Pẽtecoſtes, & reliqui.

TRADITIONES ECCLESIASTICAS *ſemper exhorruerũt hæretici, ad ſolam Scripturam appellantes.*

De Valentino & Marcione hoc affirmant Irenæus lib. 3. aduerſus Vale. ca. 2. & Tertull. lib. de Præſcriptionibus hæreticorum. Arrianos in concil. Seleuciano palàm affirmaſſe ſe nihil præter Scripturá recipere, teſtis eſt Epiphan. hær. 73. Idẽ Eunomio tribuit Baſilius, & in 7. Synodo in confeſſione Baſilij Ancyrani Anathematiſmo 7. eadem opinio aſſcribitur Neſtorio, Eutychi, Dioſcoro, & Iconomachis. De hæreticis ſui temporis idẽ ſcribit D. Bernardus hom. 66. in Cantica. & de Ioãne Vvicleffo hoc ipſum teſtatur Tho-

mas Vvaldẽsis lib.2.doctrinæ fidei antiq. c.19. Hos imitatur nostræ ætatis sectarij.

IPSAM ETIAM SCRIPTVRAM *hæretici nõ recipiunt integram; & si quam partem recipiunt, eam quoque depravant, & variis modis corrumpunt.*

Ex Clemente Alexandrino lib.7. Stromatõn.

Κἂν τολμήσωσι προφητικαῖς χρήσασθαι γραφαῖς ἀλλ' οἱ τὰς αἱρέσεις μετίοντες πρόχειρον μὲν ἁπάσαις, ἀσαφὲς δὲ τελείως δὲ ὡς τὸ σῶμα καὶ τὸ ὕφος τῆς προφητείας ὑπαγορεύει, ἀλλ' ἐκλεγόμενοι τὰ ἀμφιβόλως εἰρημένα εἰς τὰς ἰδίας μετάγουσι δόξας, ὀλίγας ἀποφάδην ἀπανθίζόμενοι τῇ λέξει· πρόδηλον γὰρ ἐν πᾶσιν οἷς προσφέρονται, εὐθὺς ἂν αὐτὸς ὡς τοῖς ὀνόμασι μόνοις προσανέχουσι, τὰ σημαινόμενα ὑπαλλάττοντας.

Quanquam audeant Propheticis vti Scripturis & hi qui hæreses colunt: primũ quidẽ neque omnibus, deinde neque integris, neque quemadmodum corpus & contextus prophetiæ dictat, *vtuntur*. Sed eligentes ea quæ ambiguè dicta sunt, in proprias transferunt opiniones, paucas sparsim decerpẽtes dictiones. Propemodũ enim in omnibus dictis quę adducũt, inuenies ipsos vocibus solis mordicus adhærere, ipsa significata inuertentes.

Vetus Testamentũ vel totum, vel magna ex parte reiecerũt Cerdoniani, Manichæi, Ptolomeitæ, Nicolaitæ, de quibus lege Epiphan. D. Augustinũ, & Philastriũ de hæresib. & Irenæum aduersus hæreses Valent. In nouo Testamento multa falsa affirmabat esse Faustus apud August. lib. 33. contra Faustum c.3. Ex Euangeliis solùm Euangelium Matthæi recipiebant Ebionitæ, teste Iren. lib.1. c.26. Solo Euãgelio Lucæ vtebantur Marcionitæ, quod ipsum quoque nõ nisi mutilum recipiebant, teste Epipha. hæresi 42. Actus Apostolorũ, & D. Pauli epistolas non recipiebãt Tatiani, & Seueriani, vt est apud Euseb. li.4. hist. Eccles. c. 29. Vtramque epistolam ad Timotheum, vnam ad Titum, & ad Hebræos reiiciebant Marcion & Basilides, teste D. Hieron. in præfatione epist. ad Titum, & eas quoque Pauli epistolas, quas Marcion recepit, corrosit & deprauauit, vt est apud Epiphan. hær. 42. & apud Tertullianũ per totum librum quintum aduersus Marcionẽ. De Arrianis quòd ex Euangelio Ioannis eraserint illa verba, Quoniam Spiritus est Deus, testatur D. Ambrosius libro 3. de Spiritu sancto, cap. 11.

Apocalypsim reiiciũt Alogi, vt testãtur Epiphan. hær. 51; & Augustin. hær. 30.

Epistolá D. Iacobi, & quosdam alios libros repudiant nostri temporis sectarij.

Ex Tertulliano de præscript. hæreticorum.

NIHIL proficit cõgressio Scripturarũ, nisi planè vt aut stomachi quis ineat euersionem, aut cerebri. Ista hæresis nõ recipit quasdá Scripturas: & si quas recipit, adiectionibus aut detractionibus ad dispositionẽ instituti sui interuertit: & si recipit, nõ recipit integras: & si aliquatenus integras præstat, nihilominus diuersas expositiones commentata cõuertit. Tantũ veritati obstrepit adulter sensus, quantum & corruptor stylus. Variæ præsumptiones necessariò nolunt agnoscere ea per quæ reuincuntur; his nitũtur quæ ex falso cõposuerunt, & quæ de ambiguitate ceperunt. Quid promouebis exercitatissime Scripturarũ, cùm si quid defenderis, negetur; ex diuerso, si quid negaueris, defendatur? Et tu quidẽ nihil perdes, nisi vocem in contentionẽ: nihil consequeris, nisi vilem de blasphematione laudem. Ille verò si quis est, cuius causa in congressum descendis Scripturarũ, vt eum dubitantem confirmes, ad veritatem, an magis ad hæreses deuerget? Hoc ipso motus, quòd te videat nihil promouisse æquo gradu negandi & defendendi, diuersa parte statutum: certè & de pari altercatione incertior discedet, nescius quam hæresim iudicet.

Ex D. Augustino cap. 5. contra epist. Manichæi, quam vocant Fundamenti.

Ego verò Euangelio non crederẽ, nisi me catholicæ Ecclesiæ commoueret auctoritas. Quibus obtemperaui dicentibus, Credite Euangelio, cur eis non obtẽperem dicẽtibus mihi, Noli credere Manichæo: Elige quid velis; Si dixeris, Crede catholicis, ipsi me monent vt nullam fidem accommodem vobis: quapropter non possum illis credens nisi tibi nõ credere. Si dixeris, Noli catholicis credere, non rectè facies per Euangelium me cogere ad Manichæi fidem, quia ipse Euãgelio catholicis prædicantibus credidi.

Ex eõdem, lib.1. cap. 33. contra Cresconium.

Quamuis huius rei (non rebaptizãdos esse hæreticos) certè de scripturis canonicis non proferatur exemplum, earundẽ tamen Scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cùm hoc facimus quod vniuersæ iam placuit Ecclesiæ, quã ipsarum scripturarũ commendat auctoritas; vt quoniam sancta Scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit huius obscuritate quæstionis, eandem Ecclesiã de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate sancta Scriptura demonstrat.

Ex eodem lib.1. de Gene. ad lit. cap.18.

Et in rebus obscuris atque à nostris oculis remotissimis, si qua inde scripta etiã diuina legerimus, quæ possint salua fide qua imbuimur, aliis atq; aliis parére sententiis, in nullam earum nos præcipiti affirmatione ita proiiciamus, vt si fortè diligentius discussa veritas eam rectè labefactauerit, corruamus: non pro sententia diuinarum scripturarum, sed pro nostra ita dimicantes, vt eam velimus scripturarum esse, quæ nostra est, cùm potius eã, quæ scripturarum est, nostram esse velle debeamus.

Ex eodem lib.7. de Gen. ad lit. cap.9.

Neque enim nõ omnes hæretici scripturas catholicas legunt, nec ob aliud sunt hæretici, nisi quòd eas non rectè intelligentes, suas falsas opiniones contra earum veritatem peruicaciter asserunt.

Ex D. Hieronymo aduersus Luciferianos.

Breuem apertamque tibi animi mei sententiam proferam: In illa esse Ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata vsque ad hanc diem durat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur Christi, non à Domino IESV Christo, sed à quoquam alio nuncupari, vtpote Marcionitas, Valentianos, Montenses siue Campates, scito non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogam. Ex hoc enim ipso quòd postea instituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros Apostolus prænuntiauit. Nec sibi blandiantur, si de scripturarum capitulis videntur sibi affirmare quod dicunt, cùm & diabolus aliquid de scripturis sit loquutus, & scripturæ non in legendo consistant, sed in intelligendo.

Ex Vincentio Lirinensi, in libello aduersus prophanas hæreseon nouationes.

Sed dicet aliquis, Si diuinis eloquiis, sententiis, promissionibus, & diabolus, & discipuli eius vtuntur, quorum alij sunt pseudoapostoli, & pseudoprophetæ, & pseudomagistri, & omnes ex toto hæretici, quid facient catholici homines & matris Ecclesiæ filij? quonam modo in scripturis sanctis veritatem à falsitate discernent? Hoc scilicet facere magnopere curabũt, quod in principio Commonitorij istius sanctos & doctos viros nobis tradidisse scripsimus; vt diuinum canonem secũdum vniuersalis Ecclesiæ traditiones, & iuxta catholici dogmatis regulas interpretentur; in qua itẽ Catholicæ, Apostolicæque Ecclesiæ sequãtur necesse est vniuersitatẽ, antiquitatẽ, consensionem.

FINIS.

APPROBATIO.

HVNC INDICEM BIBLICVM à Iohanne Harlemio Societatis IESV Theologo nuper in lucem emissum, & nunc denuò ab eodem quàm diligẽtissimè perlustratum, plurimisque locis auctum, nos infrascripti dignum censemus qui typis rursum mandetur:

AVGVSTINVS HVNNAEVS, *Regius sacræ Theologiæ Louanij professor.*

CORNELIVS REYNERI *Goudanus, sacræ Theologiæ professor ordinarius apud Louanienses.*

EXCVDEBAT ANTVERPIÆ CHRISTOPHORVS PLANTINVS, POSTRIDIE CALENDARVM IANVARII, ANNO M. D. LXXII.

HEBRAEA, CHALDAEA, GRAECA ET LATINA NOMINA VIRORVM, MVLIERVM, POPVLORVM, idolorum, vrbium, fluuiorum, montium, cæterorumque locorum quæ in Bibliis vtriusque Teſtamenti leguntur in veteri interprete, cum aliquot appellatiuis Hebraicis, Chaldaicis, & Græcis vocibus: adiecta eorum expoſitione & explicatione. Locorũ præterea deſcriptio ex Coſmographis.

Typographus Chriſtiano lectori S.

NE quid tibi deeſſet, Chriſtiane lector, quod ſacra tua ſtudia iuuare queat, libellum hunc de interpretatione nominum propriorum quæ paſſim in ſcripturis ſacris leguntur, prout in editione vulgata Latina à vetere interprete ſcripta ſunt, emendatiorem multo quàm antea tibi impreſſum damus. in quo præter diligentem locorum deſcriptionem ex optimis quibuſque auctoribus, Ptolemæo, Plinio, Pomponio Mela, Strabone, Ioſepho, Volaterrano, & quibuſdã recentioribus viris in hac re diligentiſſimis, ſingula nomina literis Hebraicis cum ſuis apicibus, & punctis adſcripſimus ex ſuis locis: quos ſi quando conferre libeat, vt ij promptiùs occurrant, & velut digito commonſtrentur, vltra libri & capitis indicationem adiectus eſt & verſuum numerus. Quoniam autem vetus interpres in ſcriptura iſtorum propriorum nominum vt plurimùm LXX. *interpretes ſequutus eſt, etiam Græcis characteribus ipſa nomina ex* LXX *adiecimus. Ne autem mireris quædam appellatiua nomina, tanquam propria interſeri, hoc ideò factum eſſe ſcito, quòd vetus interpres, etiam* LXX *nonnunquam, propria quædam nomina vertit vt appellatiua: cuiuſmodi, Murus cocti lateris, pro Cir-heres; Tentatio pro Maſſa. Ad hæc, nomina quorum characteres proprij ignorabantur, quibus dictiones fuerunt conſcriptæ, vt Abaron, D literã adiunctam habent, quæ dubiam eſſe interpretationẽ indicaret: ſicut Græca nomina, vt ἄβρα, G literã, quæ petitã eſſe à Græcis interpretationẽ ſignificat. Feliciter vtere hoc libello, ac vale.*

A A

אַהֲרֹן ἀαρών

AAron, Mons ſiue Montanus: aut docens, vel concipiens. Filius Amran, Exod. 4. c. 14. & 1. Par. 6. a. 2.

אַהֲרֹנִי ἀχαρωνί

Aaronitæ, Idem, pluralis numeri, 1. Par. 27. c. 17.

אַחְבַּי ἀχασβαί

Aasbái, Confidens in me, vel frater circundans: aut ex Hebræo & Syro, frater ſenectutis. Filius Machati, 2. Reg. 23. d. 34.

אַבְדֹן ἀβαδδών

Abadón, Exterminans, vel perditio. Abyſſus, Apo. 9. b. 11.

אֲבָנָה ἀβανά

Abaná, Lapideus, vel ædificatio: ſiue pater obſecro nunc. Nomen fluuij Damaſci, 4. Reg. 5. d. 12. Varia eſt lectio in Hebraico codice, nam legitur & אמנה

עֲבָרִים ἀβαρίμ

Abarím, Tranſitus, pluralis numeri, ſiue tranſeuntes: aut furores, vel prægnantes: aut Syriacè, frumenta. Mons eſt Moabitarum contra Iericho, ſupra Iordanem, idem ille cum montanis Arabiæ, in quorum vertice eſt mons Nebo in ſummitate Phaſga, vbi Iſraëlitæ caſtra fixerant XLI. manſionẽ Eremi, Numer. 21. c. 11. vbi legitur Ieabarim: & 35. f. 48. morte Moſis notus, Nu. 27. c. 12. Deut. 32. g. 49. Teſtatur Hieronymus in locis Hebr. oſtendi Abarim, aſcendentibus de Libyade in Heſebon antiquo vocabulo iuxta montem Phogor, nomen priſtinum retinentẽ, à quo circa eum regio vſq; nunc appellatur Phaſga.

אֲבָרָם ἀβαράμ

Abaron, Idem, ſingularis numeri: vel robur, aut fortitudo. D. Filius Mathathiæ filij Iohannis, 1. Mach. 2. a. 5.

Abacuc, Vide Habacuc..

אַבָּא ἀββᾶ

Abbá, Pater, Syrum eſt, Mar. 14. d. 36. Ro. 8. c. 15. Gal. 4. a. 6

עַבְדָּא ἀβδά ἀβδίας

Abda; Seruus, aut ſeruitus: vel ex Hebræo & Syro, nubes iſta. Pater Adoniram, 3. Reg. 4. a. 6. & 2. Eſd. 11. c. 16.

עַבְדִּי ἀβδί

Abdai, Seruus aut ſeruitus: vel nubes abundans. Pater Cis Leuitæ, 2. Paral. 29. c. 11.

עַבְדְּאֵל ἀβδεήλ

Abdeél, Seruus Dei, vel nubes abundantiæ Dei. Pater Selemiæ, Ierem. 36. f. 26.

עֶבֶד מֶלֶךְ ἀβδεμέλεχ

Abde-mélech, Seruus regis, vel ſeruus conſilij. Nomen Æthiopis cuiuſdam eunuchi, Ierem. 38. b. 8.

עַבְדְּנָגוֹ ἀβδεναγῶ

Abdenagó, Seruus claritatis, vel ſeruus anxius, aut faciens ſplendorem. Nomen viri qui & Azarias dicitur, Dan. 1. b. 44.

עַבְדִּי ἀβδί

Abdi, Seruus meus, aut ſeruitus, vel nubes abundans. Filius Maloch filij Azabiæ, 1. Par. 6. a. 7.

עֹבַדְיָה ἀβδίας

Abdiás, Seruus Domini. Diſpenſator domus regis Achab, 3. Reg. 18. a. 3. & 2. Par. 34. c. 12. Propheta item, Abd. 1. a. 1.

עַבְדִיאֵל ἀβδιήλ

Abdiél, Seruus Dei, aut nubes abundantiæ Dei. Filius Guni, è tribu Gad, 1. Par. 5. b. 15.

עַבְדּוֹן ἀβδιώμ ἀβδών

Abdón, Seruus aut nubes iudicij. Filius Michai ſiue Micha, 2. Par. 34. b. 19. qui 4. Reg. 22. c. 12. Achobor dicitur. Nomen item ciuitatis in tribu Aſer, Ioſ. 21. c. 30. & 1. Pa. 6. g. 47. fuit & nomen iudicis in Iſraël, Iudic. 12. d. 12.

עֶבֶד ωβήδ

Abed, Seruus vel operarius. Nomen viri, 1. Eſd. 8. a. 6.

אָבֵל ἀβέλ

Abél per א, Luctus. Ciuitas quæ (vt Hieronymus inquit) duodecim à Gadaris miliaria, Orientem verſus, diſtat, 1. Regum 6. d. 18. & 3. Re. 15. d. 20. & 4. Reg. 15. f. 19. Eſt & villa in ſeptimo Philadelphiæ lapide, vbi Iephte cum Ammonitis manum conſeruit.

הֶבֶל ἄβελ

Abel per ה in principio, Vanitas, ſiue anhelitus: aut Syriacè, vapor. Filius Adam, Gen. 4. a. 2.

אָבֵלָה ἀβηλά

Abéla, Luctus. Nomen vrbis, 2. Reg. 20. c. 15. quæ & Abel. Vide paulò antè: tantum ה eſt additum ad motum.

אָבֵל מַיִם ἀβελμαείμ

Abel-máim, Luctus aquarum, Ciuitas, quam (vt narrat hiſtoria Paralipomenon, 2. Pa. 16. a. 4.) rex Aſa per Benadab Syrum expugnauit, 3. Reg. 15. d. 20.

אָבֵל מְחוֹלָה ἀβελμαλά

Abél-mehulá, Luctus infirmitatis, aut luctus chori, vel tympani: ſiue ex Hebræo & Syro, luctus veniæ. Nomen loci, Iudic. 7. f. 22. & 3. Reg. 4. b. 10. & 19. c. 16. Hieronymus in locis Hebraicis ait vicum eſſe in Aulone.

אָבֵל הַשִּׁטִּים ἀβελσατίμ

Abel-ſatim, Luctus ſpinarum, ſiue declinationum, aut præuaricationum. Non procul à Iordane locus in deſerto ad Meridiem Moabitarum, Num. 33. f. 49. Illic fuit XLII. manſio Iudæorum. Dicitur & Sitim ſiue Setim, Num. 25. a. 1.

אֶבֶן בֹּהַן λίθος Βάαν

Aben-bóen, Lapis pollicis, aut pollex, vel lapis in eis. Nomen loci, Ioſ. 18. c. 17.

אֶבֶץ ἀβές

Abes, Ouum ſiue cœnoſus, aut lineus. Nomen ciuitatis in tribu Iſſachar. Ioſ. 19. b. 20.

אִבְצָן ἀβεσάν

Abeſán, Pater ſcuti, aut patris ſcutum vel arma, aut pater frigiditatis. Nomen iudicis in Iſraël de Beth-léhẽ, Iud. 12. c. 8.

אַבְשָׁלוֹם ἀβεσαλώμ

Abeſſalóm, Pater pacis, ſiue pater conſummationis, ſiue pater retributionis, aut patris pax, ſiue patris conſummatio, ſiue patris retributio. Pater Maacha, ſiue Michai matris Abiam, 3. Reg. 15. a. 2. qui 2. Par. 13. a. 2. dicitur Vriel.

אַבְגְּתָא ἀβαγαθά

Abgathá, Pater torcularis, vel patris torcular. Eunuchus Aſſueri regis Perſarum, Eſth. 1. b. 10.

אֲבִי ἀβί

Abi, Pater meus. Mater Ezechiæ regis Iudæ, 4. Reg. 18. a. 2. quæ 2. Par. 29. a. 1. dicitur Abia.

אֲבִיָּה ἀβία

Abiá, Pater Domini, aut voluntas Domini. Mater Ezechiæ regis Iudæ. 2. Par. 29. a. 1. quæ 4. Reg. 18. a. 2. dicitur Abi. Filius Samuelis prophetæ, 1. Reg. 8. a. 2. & 1. Par. 6. b. 29. Filius item Roboam, 1. Par. 3. b. 10. qui 3. Reg. 14. g. 31. dicitur Abiam iuxta quædam exemplaria Hebræa. Vxor Eſron filij Phares, 1. Par. 2. c. 24. Filius item Ieroboam, 3 Reg. 14. a. 1.

אֲבִי עַלְבוֹן ἀβιαλβών

Abi-albon, Pater ſuperintelligens, aut pater ſuperædificãs: aut ex Hebræo & Syro, pater iniuriæ. Nomen viri. 2. Reg. 23. d. 30. 1. Par. 11. f. 32. dicitur Abiel.

אֲבִיָּם ἀβία

Abiám, Pater maris. Filius Roboam, 3. Reg. 14. g. 31. & 15. a. 1. qui Abia, 1. Par. 3. b. 10. dicitur.

אֲבִיאָסָף vel אֲבִיאָסָף ἀβιασάφ

Abiaſaph, ſiue Abiſaph. Pater congregans, ſiue pater conſummans vel finiens. Filius Core, 1. Paralip. 6. c. 33. & 9. c. 19. Exod. 6. d. 24. Filius Elcanæ, 1. Par. 6. b. 23. & 9. c. 19.

אֲבִיתָר ἀβιάθαρ

Abiathar, Pater excellens, aut pater reſidui vel remanentis: ſiue pater explorationis vel contemplationis, aut pater funiculi. Filius Achimélech ſacerdotis, 1. Reg. 22. d. 21. & ipſe Achimélech, Marc. 2. d. 26.

אֲבִידָע ἀβιδά

Abida, Pater ſcientiæ, vel ſcientia patris. Filius Madian filij Abrahæ, Gen. 25. a. 4.

אֲבִידָן ἀβιδάν

Abidán, Pater iudicij: aut ex Hebræo & Syro, pater meus iſte. Filius Gedeonis, Num. 1. b. 11.

אֲבִיאֵל
ἀβιήλ

Abiél, Pater meus Deus. Filius Seror, 1. Re. 9. a. 1. Pater Ner. 1. Re. 14. g. 50. Nomen item cuiusdam alterius. 1. Par. 11. f. 32. qui 2. Reg. 23. d. 30. dicitur Abi-albon.

אֲבִיעֶזֶר
ἀβιέζερ

Abiézer, Pater adiutorij, siue patris adiutorium, vel pater atrij, aut patris atrium. Filius Manasse, Iosue 17. a. 2. Vnus ex fortibus Dauid, 2. Reg. 23. d. 27. & 1. Paral. 7. d. 19. Alius item Iudic. 6. g. 34.

Abiezerita, Vide Ezer.

אֲבִי גִבְעוֹן
πατὴρ γαβαών

Abí-gabaón, Pater collis, siue pater calicis, vel scyphi, aut pater dorsi peccati. Vertendum ex Hebræo, princeps Gabaon, cuius nomen erat Iahiel, & vxor eius Maacha, 1. Paral. 8. c. 29. & 9. c. 35.

אֲבִיגַיִל
ἀβιγαίλ

Abigáil, Pater exultationis, vel patris exultatio. Nomen vxoris Nabal, 1. Re. 25. a. 3. & 30. a. 5. Vxor Dauid mortuo Nabal, 1. Par. 3. a. 1. Est & filia Naas, soror Saruiæ, mater Ioab, 1. Par. 2. b. 16. quæ 2. Reg. 17. g. 25. Abigal dicitur Hebraicè. B. Ambrosius epistola 13. paternæ gratiæ rorem Abigail interpretatur.

אֲבִיגַל

אֲבִיחַיִל
ἀβιχαΐλ

Abiháil, per ח in penultima, Pater fortitudinis, aut pater exercitus, siue pater diuitiarum, aut pater antemuralis, vel pater doloris. Pater Suriel principis Moholitarum, Num. 3. e. 35. vbi corruptè legitur Abihaiel. Vxor item Roboam filij Salomon, 2. Par. 11. d. 18.

אֲבִיחַיִל
ἀβιήλ
ἀβιλήνη

Abiháil, per ה in penultima, Pater luminis, vel laudis. Vxor Abisur filij Semei, filij Onam, 1. Par. 2. d. 29.

Abilina, Lugens vel plorans, siue pater mansionis, vel murmurationis. D. Nomen regionis, cui præerat Lysama à Romanis constitutus, Luc. 3. a. 1.

אֲבִימָאֵל
ἀβιμαήλ

Abimaél, Pater à Deo, vel de Deo. Filius Iectã, Ge. 10. d. 25

אֲבִימֶלֶךְ
ἀβιμέλεχ

Abi-mélech, Pater regis, siue regum summus, rex dignitate reliquos reges antecellens. Generale nomen est Palæsthinorũ regum: perinde atque Cæsar Romanorum imperatorum. Rex igitur fuit Geraræ, Gen. 20. a. 3. Filius item Gedeonis, Iudic. 8. g. 32. Filius etiam Ierobéseth, 2. Reg. 11. c. 20.

אֲבִינָדָב
ἀμιναδάβ

Abi-nadáb, Pater spontaneus, aut pater vouentis, vel voti, siue pater principis. Filius Isai patris Dauid, 1. Re. 16. b. 8. Filius Saul, 1. Par. 8. d. 32. Vide etiam 1. Reg. 7. a. 1. & 2. Reg. 6. a. 3. & 1. Par. 2. b. 13. & 9. g. 39. & 10. a. 2. & 13. c. 7.

אֲבִינֹעַם
ἀβινεέμ

Abinóem, Pater pulchritudinis, vel iucunditatis, aut pater motionis eorum. Pater Barac ducis exercitus populi Iudæorũ, Iudic. 4. a. 6.

אֲבִירָם
ἀβιρών

Abirám, Pater celsitudinis, vel electionis, aut pater fraudis, vel proiectionis. primogenitus Hiel reædificatoris Iericho, 3. Reg. 16. g. 34.

אֲבִירָם
ἀβειρών

Abiróm, Idem. Heb. Abiram. Filius Eliab, Nume. 16. a. 1. Deut. 11. a. 6.

אֲבִישַׁג
ἀβισάγ

Abisag, Patris ignorantia, vel patris error, siue pater apprehendens vel attingens: aut pater multiplicans. Virgo adolescẽtula quæ calefaciebat regem Dauid senio confectũ, 3. reg 1. a. 3

אֲבִישַׁי
ἀβεσσαΐ

Abisai, Patris munus, vel pater muneris. Filius Saruiæ sororis Abigail, frater Ioab, 1. Reg. 26. a. 6. & 2. Re. 10. c. 14. & 1. Par. 2. b. 16. & 11. e. 20.

אֲבִי שׁוּעַ
ἀβισού

Abi-sue, Pater salutis, vel exclamationis: aut pater respiciens, siue pater magnificus vel potens. Filius Phinees filij Eleazar filij Aaron, 1. Par. 6. a. 4. Filius item Bela filij Beniamin filij Iacob, 1. Par. 8. a. 4.

אֲבִישׁוּר
ἀβισούρ

Abisur, Pater muri, aut pater bouis, siue pater cantantis, vel pater aspicientis, aut pater rectitudinis. Filius Semei filij Onam filij Ierameel, 1. Par. 2. d. 29.

אֲבִיטָל
ἀβιτάλ

Abitál, Pater roris: vel ex Hebræo & Syro, pater vmbræ. Mater Saphatiæ filij Dauid, 2. Reg. 3. a. 4. & 1. Par. 3. a. 3.

אֲבִי טוֹב
ἀβιτώβ

Abitób. Pater bonitatis. Filius Mehusim, 1. Par. 8. b. 11.

אֲבִי הוּא
ἀβιούδ

Abiú, Pater ipse, vel pater est. Filius Aaron, filij Amram, filij Caath, filij Leui, Exod. 6. d. 23. & 1. Par. 6. a. 3.

אֲבִי חוּד
ἀβιούδ

Abiúd, Pater laudis vel confessionis. Filius Bela filij Beniamin filij Iacob, 1. Par. 8. a. 3.

אֲבִינֵר
ἀβενήρ

Abnér, Patris lucerna, vel patris nouale. Nomen principis militiæ Saul, filius Ner patruelis Saul, 1. Reg. 14. g. 49.

Abobi, Pater incantationis, vel absconsionis. D. Nomen viri, 1. Mach. 16. c. 15.

ἄβρα

Abra, Ancilla vel famula. G. Iudith 8. d. 32.

אַבְרָהָם
ἀβρααμ

Abrahám, Pater multitudinis. Filius Thare, sic nominatus à Deo, cùm prius Abram diceretur, Gen. 17. a. 5.

אַבְרָם
ἀβραμ

Abrám, Pater excelsus. Filius Thare Chaldęus, Ge. 11. d. 31

עֲבְרוֹן
ἀχεάν

Abrán, Transitus, aut ira, siue imprægnatio, vel nubes cantici: aut Syriacè, frumentum. Nomen ciuitatis, Iosue 19. c. 28. Heb. Ebron.

אַבְשָׁלוֹם
ἀβεσαλὸν
ἀβεσαλώμ
ἀψάλωμος

Absalóm, Pater pacis, siue pater consummationis, siue pater retributionis, aut patris pax, siue patris cõsummatio, aut patris retributio. Filius Dauid de Maacha, 2. Re. 3. a. 3. & 1. Par. 3. a. 2.

Absolomi, Pater pacis, siue pater consummationis, vel retributionis. D. Nomen viri, 1. Mach. 15. g. 72.

A C

עָכָן
ἰουκὰμ

Acán, Tribulatio, vel stridor, aut antemurale. Filius Eser filij Seir Horræi, Gen. 36. c. 28.

עָקָר
ἀκὰρ

Acár, Sterilis, siue eneruans, aut euellens, vel truncus. Filius Ram primogeniti Ierameel, 1. Par. 2. d. 27.

חֲקָן
ἔκεν

Accám, Possessio, siue emptio. aut nidus. Nomen ciuitatis, Ios. 15. g. 56.

עֶקְרוֹן
ἀκκαρών

Accarón, Sterilitas, siue eneruatio, aut euulsio, vel truncus. Nomen vrbis in tribu Dan, Ier. 25. e. 20. Ios. 13. a. 3. & 15. f. 44. & 1. Reg. 17. g. 51.

עֶקְרוֹנִים
ἀκαρωνῖται

Accaronitæ, Steriles, siue eneruati, aut euulsi vel trunci. Populi, 1. Reg. 5. d. 10.

עֵקֶשׁ
ἔκκλς

Acces, Peruersus aut prauus. Pater Hira, 2. reg. 23. d. 26. & 1. Par. 11. f. 28.

עָכוֹ
ἀκχώ

Acchó, Compressus, vel confractus. Nomen vrbis, Iudi. 1. f. 31.

חַקּוֹץ
ἀκκώς

Accós, Spina, vel æstas, aut tædium, seu vigilia, vel finis. Nomen viri, 1. Par. 24. b. 9. & 1. Esd. 2. c. 59.

עָקוּב
ἀκοῦβ

Accúb, Vestigium vel supplantatio: aut prauitas, vel calcaneum, siue retributio. Filius Elioenai filij Naariæ, 1. Pa. 3. d. 24 & 9. c. 17. & 2. Esd. 8. b. 7.

Aceldema, Vide Haceldema.

אָחָאָב
ἀχαάβ

Acháb, Frater patris, vel fratris pater, siue arula patris. Filius Amri regis Israël, 3. Reg. 16. f. 29.

אַכַד
ἀχάδ

Achád, Amphora, vel hydria, aut scintilla. Ciuitas in qua regnauit Nemrod, Gen. 10. b. 11. quæ nunc dicitur Nisibis.

אָכְיָה
ἀχαΐα

Achaia, interpretatur dolor vel tristitia. G. Græciæ regio & peninsula, ipsa enim Ægæo & Ionio cingitur æquore, ab Isthmo incipit. de qua lege Plinium lib. 4. cap. 5. Strabonem in 8. Ptolemæum, lib. 3. cap. 15. Rom. 15. f. 26. & 1. Cor. 16. c. 15.

אָכָיִכוּס
ἀχαϊκὸς

Achaicus, Dolens siue tristis. G. Nomen viri, 1. Co. 16. c. 11

עָכָן

Achan, Conterens, siue conturbans. Filius Charmi filij Zabdi filij Zaræ, Ios. 7. a. 1. & 22. d. 20. qui 1. Par. 2. a. 7. dicitur Achar.

עָכָר
ἄχαρ

Achar, Conturbans. Filius Charmi filij Zabdi filij Zaræ filij Iudæ, 1. Par. 2. a. 7. qui Ios. 7. a. 1. dicitur Achan.

אָחָז
ἄχαζ

Achás, Apprehendens, siue possidens, aut videns. Filius Ioatham regis Iuda, 4. Reg. 16. a. 1. & 1. Par. 3. c. 13. Qui aliás Eliezer, Luc. 3. f. 29. dicitur.

אַכְזִיב
ἀσχαζίβ

Achazib, Mendax, mendacium, aut cessans, siue fluens vtique. Nomen vrbis tribus Aser, Iudi. 1. f. 13. quæ Achzib, Ios. 19. c. 29. dicitur.

אֲחִיָּה
ἀχία

Achiá, siue Achiás, Frater Domini. Filius Achitob fratris Ichabod, 1. Reg. 14. a. 3. Filius item Ierameel filij Esron, 1. Par. 2. d. 26.

אֲחִימַעַץ
ἀχιμάας

Achimáas, Frater consilij, vel frater consiliarius, aut frater ex ligno. Pater Achinoam vxoris regis Saul, 1. reg. 14. g. 49. Filius item Sadoc sacerdotis, 2. Reg. 15. f. 36. & 1. Par. 6. a. 8.

אֲחִימָן
ἀχειμάν

Achimán, Frater præparatus, vel frater dexteræ, aut frater quis? Filius Enac, Num. 13. d. 23.

אֲחִימֶלֶךְ
ἀχιμέλεχ

Achimélech, Frater meus rex, aut frater regis vel consilij. Nomen viri sacerdotis, 1. Reg. 21. a. 1. Item filius Abiathar, 2. Reg. 8. d. 17. qui 1. Par. 18. d. 16. Abimélech dicitur. Achimelech dicitur Abiathar, Mar. 2. d. 26.

אֲחִימוֹת
ἀχιμώθ

Achimoth, Frater mortis, vel frater mortuus, vel frater dierum. Filius Elcana, 1. Par. 6. b. 25.

אָכִין
ἀχείμ

Achin, Parabo, siue præparabo, vel firmabo. D. Filius Sadoc, Matt. 1. b. 14.

אֲחִינֹעַם
ἀχιναάμ

Achinoam, Fratris pulchritudo vel iucunditas, aut frater motionis. Nomen vxoris regis Saul, 1. Re. 14. g. 49. Vxor item Dauid Iezrahelitis, 1. Reg. 25. g. 43. & 1. Par. 3. a. 1.

אָחִיאוֹר
ἀχιώρ

Achior, Fratris lumen, aut frater ignis. D. Dux filiorum Ammon, Iudith 5. a. 5.

אֲחִירָם
ἀχειράμ

Achirám, Fratris celsitudo vel elatio, aut fratris dolus vel proiectio. Filius Beniamin, Num. 26. c. 38.

הָאֲחִירָמִי
ὅῆμος ἀχειρωμί.

Achiramitæ, Idem. p. n. Num. 26. c. 38.

אָכִישׁ
ἀχχὶς

Achis, Vtique est, vel sic est. Rex Geth, 1. Reg. 21. c. 11. Filius Maoch, 1. Reg. 27. a. 2.

אֲחִיסָמָךְ
ἀχισαμάχ

Achisaméch, Frater sustentationis vel firmitatis: aut frater coniungens. Pater Ooliab de tribu Dan, Exod. 31. a. 6.

אֲחִיטוּב
ἀχιτώβ

Achitob, Frater bonitatis. Pater Achias, 1. Reg. 14. a. 3. Pater Achimélech sacerdotis, 1. Reg. 22. b. 9. Pater item Sadoc, 2. Reg. 8. d. 17. & 1. Par. 6. a. 7. & 9. b. 11.

אֲחִיתֹפֶל
ἀχιτόφελ

Achitophel, Frater ruinæ, vel frater defectus, aut frater insipiditatis, id est rei insulsæ. Consiliarius regis Dauid, 2. Reg. 15. b. 12. Pater Eliam, 2. Reg. 23. d. 33. & 1. Par. 27. d. 33.

עָכְבּוֹר
ἀχβώρ

Achobór, Mus, vel conterens siue comprimens puteum. Filius Michai, 4. Reg. 22. c. 12. Pater item Bálanan septimi regis in Edom, Gen. 36. d. 39.

עָכוֹר
ἀχώρ

Achor, Turbatio. Vallis in tribu Iuda, Ios. 15. b. 7. ad Septentrionem Iericho haud procul à Galgal: à tumultu & turbatione Israëlitici populi appellationem habens, & non ab Achan sacrilego qui illic lapidatus est propter anathematis furtum, Ios. 7. d. 26.

עַכְסָה
ἀξά

Achsá, composita vel adornata, aut lasciuiens: siue confractio vel diruptio velaminis. Filia Caleb, 1. Par. 2. f. 49. quæ Ios. 15. d. 16. & Iudic. 1. c. 12. Axa scribitur.

אַכְשָׁף
χασάφ

Achsaph, Veneficus, siue conterens vtique, aut labist vtique.

No-

Nomen vrbis in tribu Aſer, Ioſue 11.a 1. quæ cap.19.b.26. ſcribitur Axaph. Hæc Hieronymo Chaſalus dicitur in octauo lapide Diocæſariæ, ad radicem montis Thabor in campeſtribus ſita.

אַכְזִיב ἀχζίβ

Achzib, ſiue Achziba, Mendax, ſiue ceſſans, aut fluens vtique. Nomen ciuitatis in tribu Iudæ, Ioſ.15.f.43.& 19.b.29 In primo capite Michææ d. 14. legitur. Domos mendacij in deceptionem regibus Iſraël. Vbi legendum, Domos Achzib in deceptionem, ſiue in mẽdacium regibus Iſraël. Vide Achazib.

עֶקְרוֹן ἀκκαρών

Acrón, Sterilitas, ſiue eneruatio, aut euulſio, vel truncus. Nomen ciuitatis in tribu Dan, quæ & Accaron appellatur, Ioſ. 19.d.28.

A D

עֲדָה ἀδά

Adá, Cœtus, vel congregatio, ſiue ornata, vel teſtificans, aut tranſiens, vel præda: aut Syriacè, ablata. Altera vxor Lamech, Gen.4.d.20. Vxor etiam Eſau, filia Elon, Gen.36.a.2.

אֲדַד ἀδάδ

Adád per א, Interitus, aut nubes, vel vapor, ſeu fons. Nomen viri Idumæi, 3.Reg.11.c.17. qui ibidem paulò antè, verſu 14.& paulò pòſt verſu 19. ſcribitur per ה.

חֲדַד ἀδάδ

Adád per ח, Sonitus, aut clamor, ſiue celeuſma: ſeu mamilla, vel dilectio. Filius Badad, rex Edom quartus, Gen.36.d.36. Vide 3.Reg.11.c.14.& d.19.

עֲדָדָה ἀδαδά

Adadá, Teſtimonium cœtus vel congregationis, aut teſtimonio ornata: vel teſtis tranſitus, ſiue prædæ eius, genere fœminino: aut præda ſuæ prædæ, vel æternitas ſui teſtimonij. Nomen ciuitatis in tribu Iudæ, Ioſ.15.d.21.

Adadézer, Vide Adarézer.

חַדְרִמּוֹן ῥόσι

Adadremmõ, Celeuſma mali granati, ſiue altitudinis. Vrbs iuxta Iezrahelem, quæ hodie vocatur Maximianopolis, Zach. 12.d.12.

עֲדָיָה ἀδία

Adaiá ſiue Adaiás, Teſtis Domini, ſiue ornatus vel præda Domini, aut tranſitus vel æternitas Domini. Filius Ethan filij Zamma, 1.Par.6.c.41.& 8.b.20. & 1.Eſd.10.d.29. vbi quædã exemplaria Hebraica legunt, עדיה. Filius item Ieroham, 1.Par. 9.d.12. Pater Idida matris Ioſiæ, 4.Reg.22.a.1.

אֲדַלְיָא ἀδαλία

Adaliá, Hauriens, ſiue paupertas: aut nubes, vel interitus laboris. Filius Aman filij Amadatha, Eſth.9.b.8.

אָדָם ἀδάμ

Adám, Homo, ſiue terrenus, aut rufus, vel ſanguineus. Nomen primi hominis creati à Deo, Gen 2.d.15. Luc.3.d.38. Nomen etiam commune quo vocauit Deus hominem & mulierem, Gen. 1.c.26. Eſt & nomen vrbis, Ioſ. 3.d.16.

אַדְמָה ἄδαμα

Adamá, Terra, aut rufa, aut ſanguinea. Vrbs Pentapoleos, Gen.10.c.18.

אֲדָמִי ἀδαμί

Adamí, Homo, vel humanus, ſiue terrenus, aut rufus, vel ſanguineus, aut nubes, vel vapor, ſiue interitus aquarum. Nomen ciuitatis quæ & Neceb dicitur, Ioſ.19.c.33.

Adan, Vide Adin.

הֲדַר ἀδάθ

Adár, Pulchritudo, ſiue habitaculum, aut generatio. Octauus rex in Edom, Ge.36.d.39. qui 1.Par.1.d.46. dicitur Adad.

הֲדַרְעֶזֶר ἀδαεζέρ

Adarézer, Decor aut pulchritudo auxilij, ſiue habitaculum aut generatio auxilij: aut atrium pulchritudinis ſiue habitaculi, vel generationis. Filius Rohob, rex Soba, 2.Reg.8.a.3. & 3. Reg.11.d.23. quibus in locis quædam exemplaria legunt Adadézer, at 1.Par.18.a.3. vbique legitur Adarézer.

אַדַּרְסָא ἀδαρσᾶ

Adarſa, Teſtificans ſolem vel ſurdum, aut teſtimonium arantis. D. Nomen loci, 1.Mac.7.f.40.

אַדַּרְסָא ἀδαρσᾶ

Adázer, Teſtis, vel teſtimonium auxilij. D. Nomen vrbis, 1. Mach.7.g.45.

אַדְבְּאֵל ἀδβεήλ

Adbeél, Vapor vel nubes apud Deum vel cum Deo, ſiue contriſtari faciens Deus. Filius Iſmahelis, Gen.25.b.13. & 1. Par.1.b.29.

vel אַדְּרָה
אַדַּר אַדֶּר ἀδδαρὰ

Addár, ſiue Addára, Pallium, ſiue potentia, aut magnitudo. Nomen ciuitatis, Ioſ. 15.a.3. Nomen item menſis, ſiue lunationis duodecimæ: quandoque integrè, & aliquando pro parte noſtro reſpondentis Februario, 1.Eſd.6.c.15. Poſtremò filius Balæ filij Beniamin, 1.Par.8.a.2.

Addi, Teſtis, vel teſtimonium, ſiue ornatus, vel tranſitus, aut præda. Pater Melchi patris Neri, Luc.3.f.28.

עִדּוֹ ἀδδώ

Addó, Teſtis, ſiue ornatus, aut tranſitus, vel præda. Filius Ioha, 1.Par 6.b.21. Pater item Barachiæ patris Zachariæ, Zac.1. a.1. Nomen prophetæ, עדו, 2. Par.9.g.29. Vide Nehe.12.a.4. עדוא.

vel אֲדוֹן
אֶדֶן ἀδδών

Addón, Dominus, aut baſis, vel Syriacè, auris. Nomen loci, 1.Eſd.7.e.6. qui Adon, 1.Eſd.2.c.57. ſcribitur.

Addus, Nouitas, vel menſis, aut trituratio. D. Nomen loci, 1.Mac.13.b.13.

אֶלְחָנָן ἐλλαναέν

Adeodatus, Latinum eſt, quod in Hebræo dicitur Elhanan: & interpretatur à Deo datus, ſiue gratia Dei, aut miſericordia vel donum Dei. Filius Saltus, 2.Reg.21.d.19.& 1.Par.20.c.5

עֲדִיָּאֵל ἀδδιήλ

Adiada, Teſtimonium manus, ſiue teſtimonium teſtimonij, aut præda manus. D.1.Mac.12.e.38.

Adiél, Teſtimonium Dei, ſiue ornatus, vel tranſitus Dei, aut præda vel æternitas Dei. Nomen principis, 1.Par.4.f.36. Filius Iezra, 1. Par.9.b.12.& 27.c.24.

עָדִין ἀδδίν

Adin, Delicioſus, ſiue voluptuoſus, aut ornatus: vel Syriacè, temporalis. Nomen viri, 1.Eſd.2.a.15.& 8.a.6.

עֲדִינָא ἀδδεινά

Adiná, Idem. Filius iz Sa, 1.Par.11.g.42.

עֲדִיתַיִם ἀχεθθαΐμ

Aditháim, Cœtus ſiue congregationes, aut teſtimonia. Nomen vrbis, Ioſ.15.e.36.

עַדְלַי ἀδλαϊ

Adli, Teſtis mihi, ſiue ornatus mihi, aut tranſitus, vel præda, vel æternitas mihi. Nomen viri, 1.Par.27.d.28.

אַדְמָתָא ἀδμαθά

Admathá, Nubes, vel vapor mortis, ſiue interitus mortis, vel terreſtris, aut rubens. Principis nomen, Eſth.1.c.14.

אַדְמִים ἀδαμμίμ

Adommím, Terreni, vel rufi, aut ſanguinei. Nomen loci, Ioſue 15.b.7.& 18.c.17.

אֲדֹן ἀδών

Adon, Dominus, aut baſis: vel Syriacè, auris. Nomen loci; 1.Eſd.2.c.59. qui Addon, 2.Eſd.7.e.60. ſcribitur.

יְהוָה κύριος

Adonai, Beatus Hieronymus, Exod.6.a.1. pro nomine Dei tetragrammaton, id eſt quatuor literarum, Adonai tranſtulit: in aliis autem locis ſemper interpretatus eſt Dominus. Chaldęus paraphraſtes pro hoc poſuit triplex י, hoc modo יי.

אֲדֹנִיָּה ἀδωνία

Adoniá, ſiue Adoniás, Dominator Dominus, aut baſis Domini: vel ex Syro & Hebræo, auris Domini. Filius Dauid ex Aggith, 2.Reg.3.a.4.& 1.Par.3.a.2.

אֲדֹנִיבֶזֶק ἀδωνιβεζέκ

Adoní-bézec, Domini fulgur, ſiue Dominus fulguris, aut Dominus in compedibus. Nomen viri, Iudic.1.a.5.

אֲדֹנִיקָם ἀδωνικάμ

Adonicám, Dominus ſurrexit. Nomen viri, 1.Eſd.2.a.13.

אֲדֹנִירָם ἀδωνιράμ

Adonirám, Dominus excelſus, ſiue Dominus celſitudinis, vel elationis. Filius Abda qui erat ſuper tributa Salomonis, 3. Reg.4.a.6.

אֲדֹנִירָם ἀδωνιράμ

Adonis, In Hebræo eſt Thamúz, id eſt conſumptus, ſiue incendium: Syrum eſt. Nomen idóli, Ezec.8.f.14.

תַּמּוּז θαμμούζ

Adóni-ſédec, Domini iuſtitia, ſiue Dominus iuſtitiæ. Rex Ieruſalem, Ioſ.10.a.1.

אֲדֹנִיצֶדֶק ἀδωνιεδέκ

Ador, Generatio, vel habitatio, aut teſtimonium lucis vel ignis. D. Nomen loci, 1.Mac.13.c.20.

אֲדוֹרָא ἄδωρα

Adorám, Decor eorum, aut laus, vel confeſſio ſublimis, ſiue clamor excelſus. Filius Iectan, Gen.10.d.25.& 1.Paral.18. c.10.& 2.Par.10.d.18.

הֲדוֹרָם ἀδωράμ

Adramélec, Pallium regis, ſiue magnitudo vel potentia regis vel conſilij. Filius Sennacherib regis, 4.Reg.19.g.36. Eſa. 37.g.38. Deus item Sepharuáim, 4.Reg.17.f.31.

אַדְרַמֶּלֶךְ ἀδραμέλεχ

Adria, Nomen maris contra Rauennam, quod per oſtia Padi fluuij intratur, ſumpto vocabulo ab Adria proxima ciuitate quæ idem nomen mari Adriatico dedit Straboni in 5. Hoc pelagus Paulus emenſus eſt, Act.27.e.27.

ἄδρια

Adrumetina, In Græco, Adramytena: & interpretatur ſoliditas munda vel terſa. Adrumetum ſiue Adrumetium ciuitas eſt Myſiæ. Eſt & Adramitis inſula Lyciæ, & Adrumes Adrumetis, ciuitas Aphricæ. Hieronymus autẽ aut ſi quis alius fuit auctor, in Catalogo locorum Actorum Apoſtolicorum indicat Adrumetum eſſe ciuitatem in Bazatio regione Aphricæ. Plinius Adrumetum vocat neutro genere, Act.27.a.2.

ἀδραμυτήνη

Adullám, Ciuitas, Ioſ.12.d.15.& 15.e.35. quæ & Odollã. Vide Odollam.

עֲדֻלָּם ἀδολλάμ

Adurám, Pallium eorum, ſiue potentia vel magnitudo eorum: aut vapor excelſus, ſiue nubes excelſa: aut dolor ſiue interitus ſublimitatis. Nomen viri qui erat ſuper tributa regis Dauid, 2.Reg.20.g.24.& 3.Reg.12.e.18.

אֲדֹרַיִם ἀδωράμ

Aduram, In Hebræo Adoráim, Fortitudo vel potentia maris, aut vapor, ſiue interitus eleuatus, vel nubes eleuata. Nomẽ ciuitatis ædificatæ à Roboam, 2.Par.11.b.9.

A E

מִצְרַיִת αἰγυπτία

Ægyptia, Anguſtians, ſiue tribulans, Gen.16.a.1.

מִצְרִים αἰγύπτιος

Ægyptij, Anguſtiantes, ſiue tribulantes, Num.14.b.13.

מִצְרִי αἰγύπτιος.

Ægyptius, Idem. ſ.n Exod.2.b.11.

מִצְרַיִם αἴγυπτος

Ægyptus, Anguſtiæ, ſiue tribulationes. Ægyptus ad Occidentem Iudææ ſita, Aphricæ regio eſt. Plinius tamen li.5.ca.9. naturalis hiſtoriæ, & Pomponius Mela in primo, Aſiæ attribuunt proximè Aphricam. hæc ab Oriente iungitur Aſſyriæ & Mari rubro: ab Occidente habet Libyam atque Cyrenẽ: à Meridie limitem qui Syenen ab Æthiopia dirimit, atque Oceanũ à Septentrione, mare magnum, ſinumque Arabicum & terrã ad Syriam vſque irrigatur Nilo. auctores ſunt Ioſephus lib.5. cap.11.de bel.Iudaico. Egeſippus lib.4. Inferiorem eius partẽ Nilus dextra læuaque diuiſus, amplexu ſuo determinat. Ideoq; inſulam quidam dixerunt Ægyptum, ita ſe findente Nilo, vt triquetram terræ figuram efficiat. Ideo multæ Græcæ literæ vocabulo Δ, deltam appellauere Ægyptum. ita Plinius li.5.ca.9. & Strabo lib.17. Ptolemæus lib.4.cap.6. Ammia. Marcel. lib. 22. Oppida inſignia, Saiis, Memphis, Siene, Bubaſtis, Elephantis, Thebæ, Alexandria, Peluſium: teſtis Mela in 1. Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis. Vide Raph. Volaterr. lib.12. Geographiæ. Non eſt autem negligendum, Ægyptum prophetis appellatam Miſráim à Meſráim filio Chã, eiuſdem appellationis. Ioſephus lib.1.cap.12. antiq. Iudaicarum Meſrim & Meſraim nominatam refert. Hæc quondam Aëria dicta eſt, veluti Euſebius in Chronicis annotauit. Adde quòd Pſal.77.e.51.&104.c.23. Ægyptus dicitur Cham, quòd eius filius Meſráim occupauerit Ægyptum.

עֵילָם ἰλαὰμ αἰλάμ — Ælam, Adoleſcens vel virgo maſculini generis, ſiue occultus, aut ſeculum. Filius Sem, Gen. 10. c. 21. Filius item Seſac, 1. Par. 8. c. 24. & 1. Eſd. 2. a. 7. Eſt & nomen regionis Perſici regni, in qua ſita ſunt Suſa: de qua Dan. 8. a. 2. Eſa. 11. c. 11. à qua Ælamitæ dicuntur Iudæi incolæ Elam, aut Perſæ regionem illam habitantes. Ælamitæ videntur poni Act. 2. b. 9. pro ipſis Perſis, quòd Medis vicinis coniunguntur Perſæ. Scribendum Elam & Elamitæ.

עַיִן ἀὶν αἰνείας — Aen, Oculus, ſiue fons. Nomen ciuitatis, Ioſ. 15. e. 32. 1. Paral. 4. f. 32. eadem ciuitas quæ & Ain dicitur Ioſ. 9. a. 7.

Æneas, Laudatus. G. Nomen viri, Act. 9. f. 33.

Ænon, Vide Enon.

כּוּשׁ — Æthiopia, In Hebræo dicitur Chus: & interpretatur nigra, vel nigredo. αἰθιοπία autem, Græcè ardorem ſiue incendium ſignificat. Æthiopum regio ab Indo flumine conſurgens, iuxta Ægyptum, inter Nilum & Oceanum, & in Meridie ſub ipſa ſolis vicinitate iacet. Gens ipſa vniuerſa primum Ætheria appellata eſt: deinde Atlantia: mox à Vulcani filio Æthiope, Æthiopia: auctor eſt Plinius hiſtoriæ mundi, lib. 6. cap. 30. Multa de hac congeſſit Raphael Volaterran. lib. 12. Geographiæ, quem conſule: ſimiliter Ptolemæum lib. 4. cap. 7. Plinium in 5. ca. 8. vbi quoque de duabus Æthiopiis clariſſimè legis, Ezech. 29. c. 10. & 30. a. 4. Nah. 3. b. 9. Eſa. 11. c. 11.

כּוּשִׁי vel כּוּשִׁים כֻּשִׁים χουσιείμ צוּם כֻּשִׁית — Æthiops, Hebraicè Chuſi, id eſt niger. αἰθίοψ ardens, ſiue incenſus, Act. 8. e. 27. & 2. Par. 14. c. 9.

Æthiopes, Idē. p. n. 2. Pa. 12. a. 3. Soph. 2. d. 13. Amos 9. b. 7

Æthiopes, Pſal. 71. b. 9. & 73. b. 15. In Hebræo eſt Siim, & interpretatur ſiccitates, aut naues, ſiue trieres, ſiue dæmones.

Æthiopiſſa, In Hebræo dicitur Cuſith, & interpretatur nigra. αἰθιοπίσση verò, ardentem vel incenſum ſignificat, Num. 12. a. 1.

A F

Africa, Vide Aphrica.

A G

ἄγαβος — Agabus, Locuſta vel feſtiuitas patris. D. Nomen prophetæ, Act. 11. d. 28. & 21. b. 10.

אֲגַג ἀγαὰγ οὐγαῖος אֲגָגִי ἄγαρ חָגָר ἀγαρί הַגְרִי הַגְרִים ἀγαρήνοι אֲגָא ἀγαὰ חֲגַי ἀγγαίας חַגַּי ἀγγαὶ חַגִּי ἀγγαὶ חַגִּית ἀγγαὶθ ἀγγιππας — Agág, Tectum, vel ſolarium, quod ſcilicet eſt in ſuperiori parte domus. Nomen regis Amalec, 1. Reg. 15. b. 9.

Agagites, Idem, de ſtirpe Agag, Eſth. 3. a. 1.

Agár, Aduena, ſiue peregrina, aut ruminans, vel timens. Ancilla Abraham, Gen. 16. a. 1.

Agaraí, Aduena, ſiue peregrinus, aut ruminans, vel timens. Nomen viri, 1. Par. 11. g. 39.

Agareni, Idem. Nomen populi, 1. Par. 5. b. 10.

Agarenus, Idem, 1. Par. 27. d. 31.

Agé, Vallis ſiue profunditas. Pater Semma, 2. Reg. 23. b. 11

Aggæus, Feſtiuus, ſiue ſolennis, vel gyrans. Nomen prophetæ, Agg. 1. a. 1.

Aggí, Idem. Filius Gad filij Iacob, Gen. 46. b. 16.

Aggitæ, Feſtiuitates vel ſolennitates, vel gyrantes, Nu. 26. b. 15. Familiæ nomen, ab Aggi filio Gad.

Aggith, Feſtiua, vel ſolennis, vel gyrans. Mater Adoniæ filij Dauid, 2. Reg. 3. a. 4. & 1. Par. 3. a. 2. Vide Haggith.

Agrippa, Latinum eſt, dictum ab eo quòd ægros, id eſt difficiles partus faciat: vel dicitur ille qui in naſcendo prius emittit pedes. Filius Herodis Agrippæ illius inter Herodes tertij qui occidit Iacobū, & in carcerem coniecit Petrū, Act. 25. d. 13

A H

אֲחָלָב ἀχλαὲβ — Ahalab, Frater cordis, ſiue lacteus, vel lactans, aut adeps. Nomen vrbis, Iudic. 1. f. 31.

אֲחָרָת ἀαρὰ — Ahará, Frater redolens, aut pratum odoris. Filius Beniamin 1. Par. 8. a. 1. qui Gen. 46. c. 14. Gera dicitur.

אֲחַרְחֵל ἀδελφὸς ῥ″χαλ — Aharehel, Alter exercitus, ſiue nouiſſimus exercitus: aut alter dolor, ſiue nouiſſimus dolor, aut ouis fratris. Filius Arum, 1. Par. 4. b. 8.

Ahaiath, Corruptè ſcriptum, 4. Reg. 17. d. 24. de Cutha & de Ahaiathu, pro Aua.

Ahaſel, Frater Ioab, Vide Aſael.

אֲחַזְתָּרִי ἀεσδαρεί — Ahaſtharí, Curſor, vel veredarius, ſiue feſtinatio turturis, aut feſtinatio exploratoris, ſiue frater qui explorat: vel ex Syro & Hebræo, princeps turturis, vel princeps explorationis. Filius Aſhur ex Maara, 1. Par. 4. a. 6.

אֲחוָא ἀχουὰ — Ahauá, Eſſentia, ſiue generatio. Fluuij nomen, 1. Eſd. 8. f. 31

אָחָז ἀχὰζ אֲחִזַי ἀχιζίος אֲחִיר ἀχὲρ — Aház, Apprehendens ſiue poſſidens, aut videns. Filius Micha filij Meribaal, 1. Par. 8. d. 35.

Aházi, Vidés, ſiue apprehendens. Nomen viri, Neh. 11. b. 13

Ahér, Alter, ſiue poſterior, aut nouiſſimus. Nomen viri, 1. Par. 7. c. 12

אָחִי ἀχὶ — Ahí, Frater meus, vel fratres mei. Filius Somer filij Heber filij Bariæ, 1. Par. 7. g. 35.

אֲחִיָּה ἀχία — Ahiá, ſiue Ahiás, Frater Domini. Filius Siſa, princeps exercitus Salomonis, 3. Reg. 4. a. 3. & 1. Par. 11. g. 29. Pater Baaſa, 4. Reg. 9. b. 9. Fuit & propheta quidam Silonites, 3. Reg. 12. c. 15

אֲחִיאָם ἀχιάμ — Ahiám, Frater matris, aut frater gentis: Filius Sarar, 2. Reg. 23. d. 33. qui 1. Par. 11. g. 35. dicitur filius Sachar.

Ahicám, Frater reſurgens, vel frater vindicans. Filius Saphan, 4. Reg. 22. c. 12. אֲחִיקָם ἀχικάμ

Ahiézer, Frater adiutorij, vel fratris adiutorium, aut fratris atrium. Filius Ammiſaddai, Princeps tribus ſuæ Dan, Num. 1. a. 12. & 2. d. 26. & 7. e. 66. & 10. c. 25. & 1. Par. 12. a. 3. אֲחִיעֶזֶר ἀχιέζερ

Ahihúd, Frater vnitatis, ſiue frater acuminis, aut frater ænigmatis vel gaudij. Nomen viri, 1. Par. 8. a. 7. אֲחִיהוּד ἀχιούδ

Ahilúd, Frater natus, vel frater genitus. Pater Ioſaphat illius qui erat à commentariis Dauidi, 2. Re. 8. d. 16. & 3. Re. 4. b. 12 אֲחִילוּד ἀχιλούδ

Ahimán, Frater præparatus, ſiue frater dexteræ, aut frater meus quid? Nomen viri, 1. Par. 9. c. 17. Filius Enac, Ioſ. 15. c. 14. Iudic. 1. b. 10. אֲחִימָן ἀχιμάν

Ahimélech, Frater meus rex, vel frater regis ſiue conſilij. Nomen viri de filijs Ithamar, 1. Par. 24. a. 3. אֲחִימֶלֶךְ ἀχιμέλεχ

Ahin, Frater vini, vel fratres. Filius Semidæ filij Galaad, 1. Par. 7. d. 19. אֲחִין ἀδελφοὶ αὐτῆ

Ahinadáb, Frater ſpontaneus, aut frater vouentis vel voti, ſiue frater principis. Filius Addo, 3. Reg. 4. b. 14. אֲחִינָדָב ἀχιναδάβ

Ahió, Frater eius, vel fratres eius. Filius Abigabaon, 1. Par. 8. c. 30. Filius item Iehiel, 1. Paralip. 9. f. 37. Filius Abinadab, 2. Reg. 6. a. 3. Filius Beriha, 1. Par. 8. b. 14. אֲחִיו ἀδελφοὶ αὐτοῦ

Ahión, Intuitus, aut fons, vel oculus. Nomen vrbis, 3. Reg. 15. d. 20. & 4. Reg. 15. f. 29. & 2. Par. 16. b. 4. עִיּוֹן ἀὶν

Ahirá, Frater iniquitatis, ſiue frater ſocii, aut frater paſtoris, vel fratrem confringens. Filius Enan, princeps tribus ſuæ Nephthali, Num. 1. b. 15. אֲחִירַע ἀχιεσδί

Ahiſar, Frater principis, ſiue frater directionis vel cātici, aut frater inſidians. Præpoſitus domus Salomonis, 3. Reg. 4. a. 6. אֲחִישָׁר ἀχισάρ

Ahiſahar, Frater auroræ, ſiue frater matutinus, aut frater niger vel nigredinis. Filius Balan filij Iadihel filij Beniamin, 1. Par. 7. c. 10. אֲחִישַׁחַר ἀσαδάρ

Ahiúd, Frater laudis vel confeſſionis. Filius Salomi, princeps tribus Aſer, Num. 34. d. 27. אֲחִיהוּד ἀχιούδ

Ahobán, Frater filij, vel fratris filius, ſiue frater intelligentiæ, aut frater ædificans, vel abſconditus. Filius Abiſur filii Semei filii Onam, 1. Par. 2. d. 29. אֲחַבָּן ἀβάν

Ahod, Laudans, ſiue confitens. Filius Simeonis filii Iacob, Gen. 46. b. 10. Heb. Ohad, qui 1 Par. 4. e. 24. dicitur Iarib. אֲחַד ἀώδ

Ahód, Idem. Filius Balan filii Iadihel filii Beniamin, 1. Paral. 7. c. 11. אֲהוֹד ἀώδ

Ahód, Vnitas, ſiue gaudium, aut ænigma, vel acumen. Nomen viri, 1. Par. 8. a. 7. אֲחוֹד ἀώδ

Ahóe, Tribulus vel ſpina, ſiue fraternitas, aut hamus. Filius Bela filii Beniamin filii Iacob, 1. Par. 8. a. 4. אֲחוֹחַ ἀώδ

Ahohimám, 1. Par. 1. c. 39. legendum Homam.

Ahohites, Frater viuus, aut tribulus vel ſpina mea, 2. Reg. 23. b. 9. & 1. Par. 27. a. 4. צֲחוֹחִי ἀχωχεί

Ahumái, Pratum aquilarum, vel frater aquarum. Filius Iahath filii Subal, 1. Par. 4. a. 2. אֲחוּמָי ἀχμαὶ

A I

Ai, Vrbs Ammonitarum, Vide Hai.

Aiá, per א, Vultur, vel heu, ſiue vbi eſt? aut inſula eius. Filius Sebeon filii Seir Horræi, Gen. 36. c. 24. & 1. Par. 1. c. 41. Item pater Reſpha concubinæ Saulis, 2. Reg. 3. b. 7. & 21. b. 11. Eſt & ciuitas, 1. Par. 7. f. 28. vbi legitur אוה & איה אַיָּה ἀὶα

Aiá, per ע, Aceruus, Neh. 11. d. 31. עַיָּה ἀὶα

Aialón, Ilex vel quercus, aut fortitudo, ſiue ceruus. Nomen ciuitatis conſtructæ à Roboam, 2. Par. 8. b. 13. & 11. b. 10. & 28. c. 18. Vallis item nomen, Ioſ. 10. c. 13. Iudic. 1. g. 35. quod LXX. reddiderunt tanquam appellatiuum, ἄεκτοι. Ciuitas de tribu Dan data Leuitis, Ioſ. 21. c. 24. Ciuitas refugii, 1. Par. 6. f. 69 vbi pro Aialon corruptè legitur Helon. Fuit & altera ciuitas in tribu Zabulon, vt Iudic. 12. d. 11. legimus iuxta Hebræū, Mortuusque eſt ac ſepultus in Aialon in terra Zabulon. אַיָּלוֹן ἀὶλών

Aiáth, Hora ſiue coaceruatio. Eſt ea vrbs Iuda aut Beniamin cuius meminit Eſaias cap. 10. g. 28. per quam Sennacherib tranſiit oppugnaturus Ieruſalem. עַיָּת ἀγγαὶ

Ailá, Vrbs quæ & Ailáth, 4. Reg. 14. f. 22. & 16. a. 6. quam ædificauit Azarias, qui & Ozias dictus eſt. אֵילָת ἐλαὰθ

Ailam, 1. Par. 8. c. 24. Scribe Ælam. Vide Ælam.

Ailáth, Ilices, vel quercus, aut ceruæ, vel fortitudines. Nomen ciuitatis regni Edom, ad mare rubrum, vnde ex Aegypto Indiam verſus, & inde ad Ægyptum nauigatur. Hæc & Aila dicitur, quam ædificauit Ozias qui & Azarias dictus eſt, 3. Reg. 9. d. 26. & 2. Par. 8. d. 17. & 26. a. 2. אֵילוֹת αἰλάθ

Ain, Oculus, ſiue fons. Ciuitas eſt in termino Iudæ ad Orientem, Num. 34. c. 11. quam tribus Iuda, atque Simeonis ſorte accepit, Ioſ. 19. a. 7. & 1. Par. 4. f. 32. quæ deinceps Leuitis eſt tradita, Ioſ. 21. b. 16. Eadem vrbs dicitur Aen, iiſdem conſonantibus & pūctis, Hieronymo Bed-hen-nim dicta. Vide Aé. עַיִן ἀὶν

A L

Alám, Occultatio, ſeu contemptus. Nomē viri 1. Eſd. 8. a. 7. עֵילָם ἐλαὶ

Alámath, ſiue Alámeth, Occultatio, ſiue iuuentus, aut ſecula, vel ſuper mortem. Filius Ioada, 1. Par. 8. d. 35. & 9. g. 42. Vide Almáth. עַלְמֹת ἀλαμέθ

Alcimus,

ἀλιμος ἀλεξανδρος

Alcimus, Fortis. G. Nomen ſacerdotis impij, 1. Mac. 7. a. 5.

8 שְׁקִרִין) *Rab. Sal. Ven. & Elias* שְׁגִרִין, *vt Gen. 43.*

10 וְיסוּפַן חֲרַעֲמוּתְהוֹן) *Scribendū* חֲרַעֲמוּתְהוֹן, *vel legendum cum V.* הֲרַעֲמָתְהוֹן, *vt infrà cap. seq. vers. 11. pro* אַרְמוּת, *repone ex V.* אֲרָמָוֹת. *Ad hāc formā vbicunq. inueneris nomina*

IN LEVITICVM.

CAP. I.

16 דְּמוֹקְדִין קְטָמָ) *V.* דְּמוֹקְדִין קְטָמָ.

II.

16 מִגְרָשָׁהּ) *sic etiam Hebr. sed Ven.* מִפְּרוֹכָהּ.

V.

2 *Pro, Postea sciuit quod, repone, Immundus est, &.*

3 סוֹבְתֵיהּ) *V.* סָאוֹבְתֵיהּ *à verbo* סָאַב. *sic ferè semper legitur in Cōplut.*

VI.

18 וְיִכְלוּנָהּ) *Hebr.* יֹאכְלֶנָּה, *Ven.* וְיוֹכְלָנָּה. *S.* וְיִכְלָנָּה. *sic cap. seq. ver. 5.*

20 פַּלְגוּתָא) *Legendum bis cum affix.* פַּלְגוּתָהּ *vt Ven. habet.*

VII.

12 וְסוֹלְתָא רַכִּיכָא) *Lege cum Elia* רַכִּיכָא, *vel potiùs cum Ven.* רְבִיכָא *Tostam vel frictam, quia est in Hebr.* מְרֻבֶּכֶת.

VIII.

29 וְאַרְמֵיהּ) *Melius V.* וַאֲרִימֵיהּ *vt Iod Aphel appareat. pro Hebræo* וַיָּנֶף.

IX.

5 וְקָרִיבוּ) *V.* וְנָסִיבוּ *Hebr.* וַיִּקְחוּ.

23 *Pro* וּבָרִיכוּ) *corrige* וּבָרִיכוּ.

XI.

3 & 7 *et alibi* וּמַטְיְלָפָא) *sic & Bahal Aruc. Malim ex Ven. scribere* וּמַטְלָפָא, *nam puto Iod aliquando in manuscriptis exprimere scheua. Elias scribit in Pail* וּמְטַלְפָא.

18 וּבוּתָא) *vel cum Elia* וּבִוְתָא, *nam mendum est in V.* וּמוֹתָא. *vide cap. 14. Deut. vbi etiam V. rectè* וּבוֹתָא.

XII.

4 בְּרַס דְּכוּ) *Ven.* בְּדַס דְּכוּ, *Hebr.* בִּרְמִי טָחֳרָה.

XIII.

2 וְיִתְיְתוּ) *Scribe ex V.* וְיִתְיְתוּ *paß. ab* אֲתָא, *vt Iod in medio vel saltem fere cum daghes vicem* א *suppleat.*

6 עַמָּא מַכְתְּשׁ) *Lege cū V.* עַמְיָא, *vt infr. ver. 28. vel cum Elia* עַמֵי.

13 וְיַרְבִּית) *Repone ex Ven.* וְיַרְבִּי *pro Hebr.* וְטָהֵר.

XV.

14 וְיִתְיוּ) *In Hebr. est* וּבָא, *vnde V. rectè* וְיִתְיוּ.

XVI.

27 וְיַפְקוּן) *Lego iuxta Hebr. cū V. & versione ipsa* וַיַּפִּיק.

XIX.

20 אִתְחֲרַת) *Elias & V.* אִתְחֲרַשׁ.

XX.

2 גְּיוֹרָא דְיִתְגְּיַרוּן) *Malim cum V. legere* גְּיוֹרָא, *vt nomen & verbū numero conueniant. sic alibi; vt Num. cap. 15. vers. 26. corrige.*

22 תַּרְחֵק) *pro Hebr.* תָּקִיא, *Ven.* תְּרוֹקֵן *vt alibi.*

XXV.

14 תְּזַבּוּן) *Repono ex Elia & V. (qui tamen malè in Cal legunt)* תְּזַבְּנוּן *pro Hebr.* תִּמְכְּרוּ.

XXVI.

26 *Pro* בִּרְאֶתְבַּר) *scribo* בִּרְאֶתְבַּר. *Ibid. pro* וְיַפְּקוּן) *repono* וְיַפְּיוּן, *nisi malis cum Elia* וַאֲפַיָּן.

37 תְּקוֹמָה) *sic Hebr. V. verò vertit* סִיעֲדָא.

FINIS LEVIT.

XVII.

1 עַל בַּרְסְיָהּ וְקָרָא) *Sic etiam V. sed malè. Legendū cum Elia* בָּרְסִי *siue* כָּרְסִי *sine* ה. *nam vbicunque additur affixum, sequente alio nomine, nisi* ד *ipsi præfigatur, ineptam locutionem esse censeo.*

XX.

11 בִּרְךְ) *Rectè quidem Hebraico more. sed Chaldaic.* בָּרֵךְ *vt V. habet. Hinc discès pro arbitrio cuiusque impositā fuisse puncta.*

XXII.

18 תֵּיחֵי) *Hebr.* תְּחַיֶּה. *licet Elias etiam* תְּחִי *habeat, Ven. lectionem esse verissimam non dubito, nempe* תֵּיחִי *in Aphel, i. Viuificabis.* תַּחֵי *enim vel* תְּחִי *sonat Viues. quod hic non quadrat.*

28 תֵּיקַל) *Malim cum V. legere* תָּקֵל *in Aphel. à* קָלַל.

XXIII.

27 וְאַתְבַּר) *pro Hebr.* וְהַמְתִּי. *V. quod videtur melius exprimere verbum Hebr.* וְאַשְׁגֵּשׁ

31 וְאַתַּרְכִינוּן) *pro Hebr.* וְגֵרַשְׁתֶּמוֹ. *V.* וְתִתָּרְכִנוּן *in secunda persona, vt Hebræi interpretantur.*

33 וְלֹא תִפְּלַח) *Hebr.* כִּי תַעֲבוֹד, *sic V.* אֲרֵי תִפְּלַח *Hieron. si seruieris. LXX.* ἐὰν γὰρ δουλεύσῃς.

XXIIII.

3 בַּחֲדָא) *pro Hebr.* קוֹל אֶחָד, *Ven.* קָלָא חַד.

XXVI.

31 עוֹבַד אוּמָן צוּרַת בְּרוּבִין) *V. inter* עוֹבַד *&* צוּרַת *interserit* וַיַּעֲבֵר אוּמָן *&* צוּרַת יָתָהּ. *In Hebr. enim legitur,* וַיַּעֲשֶׂה אֹתָהּ *quæ verba in Complut. sunt omissa.*

XXVII.

2 *In versione post (Super) adde (quatuor.)*

XXVIII.

4 וְכִתוּנִין מְרַמְצָן מְצֻנְפִין) *El. & Venet. legunt singulariter* וְכִתוּנָא מְרַמְצָא מְצֻנְפָתָא *pro Hebr.* וּכְתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ מִצְנֶפֶת.

XXX.

7 בְּאַתְקְנוּתֵיהּ) *Scribe cum Ven.* בְּאַתְקָנוּתֵיהּ: *sic pro* וְקִטְרִינָהּ *malim in Aphel* וַקְטַר *scribere.*

15 וְסָגֵי) *Scribe cum V.* וַסְגֵי.

XXXII.

29 קְרִיבוּ) *Scribe* קָרְבוּ.

XXXIII.

11 דְּמַמְלֵל) *Malim cum V.* דְּמַמְלֵל *legere.*

19 אֲעִיבַר) *Scribe* אַעְבַּר *in Aphel. V. in Pail* אַעֲבַר. *Ibid.* וְקָרֵי) *Hebr.* וּקְרָא *quod retinuit Ven.*

XXXIIII.

16 וְיִטְעֲנֵן) *Lege potiùs cū V.* וַיַּטְעֵנֵן *vt respondeat Hebr.* וְחִזְקוּ.

XXXVIII.

16 וַחֲפָא) *Hebr.* וְצָפוּי, *V.* וְחִפּוּי.

XXXIX.

12 בַּגַּבְרֵי תַּרְקָא) *pro Hebr.* לָשֶׁם קַנְבִּירָא, *V.* קַנְבְּרֵי טַרְקָא, *Elias* שְׁבוּ טַרְקָא.

30 כְּתַב מְפָרַשׁ) *Videtur ex V. addendum* כִּגְלוּף דָּעוֹז קָא *vt supr. legitur vers. 6. vt verbis Hebraic. respondeant Chald.*

FINIS EXODI.

XIX.

19 וְאַמַּרְתְּ) *V. rectiùs* וַאֲמַרְתָּ, *vt rectè legitur infr. sequent. cap. vers. 20. nam* אֲמַרְתְּ *non potest esse plurale.*

II.

12 וְאַטְמַרְתֵּיהּ) *Lege cum Elia & Ven.* וְטַמְרֵיהּ, *nam videretur femina abscondisse arena interfectum à Mose.*

17 וְטַרְדִינִין) *Lege cū V.* וּטְרַדְתִּין. *Malè etiā Elias* וּטְרַדִינוּן, *quia verbum Hebr. est plural.* וַיְגָרְשׁוּם.

IIII.

3 רְמוּחִי) *Lege cū V.* רְמַיְתִי, *nam loquitur duntaxat ad Mosem.*

V.

11 וְמָנַע) *V.* אֲתְמְנַע. *sic vers. sequenti* וּבַדַּר *pro Hebr.* וַיָּפֵץ, *quod intransitiuè sumitur. Venet. legit* וְאִתְבַּדַּר.

VIII.

3 וְיִרְבֵּי) *V. rectiùs* וִירַבֵּי *id est, Et multiplicet, vel producat, vt habet versio.*

5 אֲרִיתָא) *Alij legūt per* אֲ,רִיתָא, *vide Bahal Aruch & Eliam.*

IX.

14 אֲנָא שְׁלַח) *Scribendum analogicè* אָנָּא שְׁלַח *in Benoni.*

15 וְאִשְׁתְּצִיתָ) *V.* וְאִשְׁתְּצִיתָא, *non malè ad differentiam 1. personæ, quæ sic terminatur.*

17 אַתְּ כְּבִישַׁת) *Scribendum* אַתְּ כְּבִישְׁתְּ, *nisi malis* אַתְּ כְּבִשְׁתְּ *legere. sed prius magis respondet Hebr.* מְסָתוֹלֵל.

XII.

21 אִתְנְגִידוּ) *pro Hebr.* מְשָׁכוּ, *V. melius* נְגִידוּ *i. Trahite.* נָא אִתְנְגִידוּ *Trahimini, sonat.*

36 וְתִרוֹקִינוּן) *Repone ex V.* וְרוֹקִינוּ *nam in Hebr. est* וְיִנָּצְלוּ, *nō (vt cap. 3. vers. vlt.)* וְתִנָּצְלוּ *vel* וְכִצְלָתָם.

XIII.

21 לְנַחוֹתָם) *Heb.* לְאַשְׁרָיוּתְהוֹן בְּאוֹרְ, חֲדָרְךְ, *quæ verba non malè à Ven. redduntur* לְדַבָּרוּתְהוֹן בְּאוֹרְ *Vt deduceret eos per viam.*

XV.

1 עַל גְּיוּתָנָא) *Scribe* גְּיוּתָנָא, *alioqui legendum cum V. & Elia* עַל גְּיוּתָנָא. *i. Super magnificos, vt habet versio. Ibidem rectè etiam legeris cum V.* וְרַכְּבֵיהּ *pro* וְרוֹכְבֵ' *quia hic est Benoni Hebr. sic infr. vers. 21. vbi eadem verba repetuntur.*

11 דְּחִיל תִּשְׁבָּחָן) *Ad verbū, Terribilis laudib. vt Heb.* נוֹרָא תְּהִלּוֹת.

19 עַל כּוֹסְוָוֹת) *Melius V.* עַלּוֹ סוּס *nam illa numero discordant.*

XVI.

14 דַּעֲדַק דְּגִיר) *sic & V. Verùm R. Sal.* כְּגִיר *legit, iuxta illud Isa. 27.* כְּאַבְנֵי גִיר *Sicut lapides calcis. q.d. Ros ille erat tenuis instar calcis parietibus illitæ. quæ interpretatio licet non sit contemnenda; Elias tamen meliorem lectionem videtur habere, qui in Methurgeman in radice* גרד *legit* כְּגִיד *id est, Instar Coriandri. Hinc colligi potest, quàm sæpe transcriptoribus imposuerit in libris manuscriptis literarum affinitas.*

IN LIB. IOSVE.

Ex Masiano exemplari.

CAP. I.

14 אֲחוכוֹן) *Lege, vt vers. sequẽti,* אֲחֵיכוֹן. *sic infr. cap. 22. ver. 8.*

II.

וְתֵיחוֹן) *pro Hebr.* וְחַיֹּתֶם. *Cũ nullam videam analogiam, vt sit transitiuum, videtur legendum per transpositionem* וְתֵחָוֹן, *vel in Aphel* וְתַחְיוֹן.

III.

11 דְּרִבוֹן כָּל עָלְמָא) *V.* אַרְעָא *pro Hebr.* הָאָרֶץ *vt versu sequenti.*

IIII.

18 וּנְחַת) *Melius legetur cũ V.* וְנָחָא, *à verbo* נוּחַ, *quia præcessit* אִתְנְגִידָא, *vt sint pluralia.*

V.

8 וְיִתְיבוּ עַמָּא) עַמָּא *videtur certè abundare, quia hæc vox paulò antè ponitur, nec in Hebr. aut V. legitur.*

VI.

8 אָזְלִין וְתָקְעִ) *pro Hebr.* עָבְרוּ וְתָקְ *Ven.* עָבְרִין.

23 וַאֲשְׁרִינוּן) *Sic V. sed legendũ vt erat in Masiano* וַאֲשְׁרִיאוּנוּן *quia in Hebr. est verbũ plurale* וַיַּנִּיחוּם.

27 מֵימְרֵיהּ סָגֵי) *Malim cum V. legere* שְׁמֵעָה *id est, Fama eius. vt est in Hebr.*

VII.

17 וְיִתְאֲחַד) *Actiuè legitur in Ven.* וַאֲחַד *vt in Hebr.* וַיִּלְכֹּד.

VIII.

15 וְאַפְּכוּ לְאוֹרוּח) *V.* וַיִּנָּסוּ דֶּרֶךְ הַמִּדְבָּר *pro Hebr.* מִדְבְּרָא.

X.

33 אִשְׁתְּאַר) *Actiuè in V. legitur* אַשְׁאַר, *vt Hebr.* הִשְׁאִיר.

XI.

14 עַבְדָּא קְרַיְנָא) *Cùm hic nullum sit regiminis signum, legerem cum aliis* עַבְדֵי *vel* עָבְדָא דְיְקָר *interposito* ר.

17 וַיַּת מִישַׁר) *Videtur legendum cum V.* וְעַד מִישַׁר, *quia in Hebr. est* וְעַר בַּעַל.

XII.

7 בְּפַלְגוּתְהוֹן) *Scriberem, vt suprà vers. 23. in plural.* כְּפַלְגֻּתֵיהֶן, *vt est in Hebr.*

XIII.

2 בָּל תְּחוּמֵי) *V.* בָּל תְּחוּמֵי, *vt in Hebr.* בָּל גְּלִילוֹת.

4 דְּכָל צִידוֹנָאֵי) *V.* דִּי לְצִידוֹנָאֵה *Hebr.* אֲשֶׁר לַצִּידוֹנִים. *Vnde videtur lectio V. rectior, si modò legatur in plurali: nam quid* כָּל *ad hunc locum faciat, non video.*

6 עַד חַרְצֵי מַיָ) *V. et Bahal Ar.* חַרְצֵי *El.* חַרִיצֵי.

8 *Post* דְּיַרְדְּנָא) *addendum ex V.* מִזְרָחָה, *nã legitur in Heb.* מִזְרָחָה.

19 דְּעַמֵּק) *Hebr.* הָעֵמֶק, *Venet.* דְּמִישְׁרָא.

23 מְרֵוֵי יִשְׂרָאֵל) *Hebr.* עָרִים, *V.* קְרַיְנָא. *Miror vocem* יִשְׂרָאֵל *illic adiici, cùm tantùm fiat de tribu Ruben mentio.*

27 מַלְכָוָת) *Cùm Hebr.* מַמְלָכוֹת *sit singulare, censeo legendum cum V.* מַלְכוּת *vt suprà. sic vbicunque hoc occurrerit, corrigere licebit.*

16 תֵּיחוּ) *Puto certè esse metathesin pro* תְּחַיֵּו *vt alibi dixi. Ven. habet* תְּקַיֵּם.

XXII.

2 דְּתִבַע) *Malim* דְּיִתְבַּע *legere.*

21 וְימוֹת) *Lege potius cum Ven.* וְתָמוּת, *licet genera sæpè confundantur.*

XXIII.

14 לְמֵסַר) *Malim cum V. legere* לְמִמְסַר.

21 לְשַׁלָּמֵיהּ) *Venet. non malè* לְשַׁלָּמוּתֵיהּ. *sic infrà cap. 24. vers. 4. pro* לְמַסְבָּהּ *nõ malè legit* לְמִסְבָּהּ, *quod infr. cap. 24. vers. 19. etiam inuenies.*

XXV.

1 וְיִרְנִינוּן) *Ponitur pro Hebr.* וְיָרוֹנוּן. *V.* וְשִׁפָּטוּם. *Malim reponere* וְיִרְיְנוּן *transpositis literis. Item hoc capite, vt etiam alibi, in Complut. verbũ* לְקָא *scribitur in Cal, pro Percutere; cùm tamen potiùs cum V. sit legendum in Aphel.*

4 תַּחִיד) *Est futur. Aphel à verbo* אחד, *V.* תֵּיחוֹד *non malè.*

7 וַבְּמוֹ) *Hebr.* וַיְבַמּוּ. *V.* לְיַבָּמוּתוֹ. *vide supr. cap. 23. vers. 21. vbi similis Infinitiuus legitur.*

XXVIII.

20 *In versione omissa est vox, Conturbationẽ, post Maledictionẽ.*

24 עַר דְּתִשְׁתֵּצֵי) *V. rectiùs sine affixo,* עַד דְּתִשְׁתֵּי. *sic infrà ver. 45. & 51. & vers. 61. vbi idem occurrit.*

29 *Pro* דְּמַשֵּׁשׁ) *scriberem cum V.* דִּי וְמַשֵּׁשׁ, *&* עֲשִׁיק וַאֲנִים *in Peil, cum Elia. sic vers. 33.* רְצִיץ, *nisi malis cum V. &* רְעִיעַ *El. legere.*

40 תְּשׁוּף) *Hoc verbum alibi occurrit sæpè, vt 2. Samuel. 12. & Mich. 6. sed V. legit* תְּסוֹף *& El. qui dicit in Tharg. retineri vocem Hebræam.*

42 *Verbum Hebr.* יֵרֵשׁ *vertitur in Compl. per* יְתָרֵךְ, *vt alibi sæpè. sed in Ven. per* וַחֲטָנְנֵהּ, *& Elias* וְיֵרְתִינָא *cum* א *pro* ה *affixo. Bahal Aruch verò vt Ven.*

54 דְּיִשְׁאֵר) *Ven. actiuè* דִּי יַשְׁאִיר *vt Hebr.*

59 חֵימָנִין & הֵמָן) *V. & Elias* מְחֵימָן & מְחֵימְנִין.

61 *Pro* כָּל מַרְעִין וְכָל מָחָאן) *Malim in singulari legere cum Ven.* כָּל מְרַע וְכָל מָחָא.

65 לֵב תַּהֵי) *V.* לֵב דַּחוּל, *sed hic puto esse mendum. R. Sal.* לֵב דַּחִיל *Hebr.* רַגָּז, *Et* מַפְחִין נְפָשׁ, *Venet.* מַפְחַת נְפָשׁ.

67 מְתָחֵי & מְתָחוּת) *V. & El.* תְּוֵהּ & מְתַוְּהוֹת.

XXIX.

5 וְיחִיפוּ) *V.* עֲדוּ.

9 דְּתַצְלְחִין) *V.* דְּתַצְלָחִין.

26 וְרַעְוִינוּן) *Lege cum V.* וְרַעְיְנִין. *sic infr. cap 32. vers. 17.*

XXX.

4 וְדַבְּרִינָנְ) *V.* וְדַבְּרִינָךְ.

XXXII.

Pro וּמְחֵי) *malim scribere* וּמַחֵי *in Benoni Aphel: à verbo* חֵיָא.

FINIS V. LIBRORVM MOSIS.

23 בְּחֵצְרִים) *Pro Hebr.* בַּחֲצֵרִים. *V. & El.* בִּרְפִיחַ, *sed illud mallem.*

25 זַוְעֲתָךְ) *Ven.* זוֹעֲפָךְ *pro Hebr.* פַּחְדְּךָ.

30 וּתְקֵף) *Scribe* וְתִקֵּף, *aut lege cum V.* וְאַתְקֵיף.

III.

3 וּמְחִינֵיהּ) *ponitur pro Hebr.* וַנַּכֵּהוּ *id est, Percussimus eum. sed V. videtur rectiùs habere* דְּמְחֵינַהִי *vide cap. 29. vers. 7. vbi habes 1. pluralem cum affixo.*

9 טוּרָא דְתַלְ) *Scribe* טוּרָא דְתַלְנָ, *vel lege cum V.* טוּר תַּלְנָ.

IIII.

10 *Pro* יַלְפוּן) *scribe* יַלְפוּן, *vel lege cum V.* יְאַלְפוּן: *nam in Hebr. est* יְלַמְּדוּן *id est, Docebunt.*

27 דְּאַגְלִי) *V.* דִּי יְדַבֵּר *pro Hebr.* אֲשֶׁר יִנָּחֵג. *sic infr. cap. 28. ver. 37. vbi idem verbum occurrit.*

V.

23 כְּשִׁמְעָכוֹן) *Malim cum V. legere* כְּמִשְׁמַעְכוֹן.

VI.

24 *Pro* כְּמֵיטַב) *reponendũ* לְמֵיטַב, *vel legendum cum V.* דְּיֵיטַב.

VIII.

14 וְיחְקֹף לְבָ) *V.* וְיָרִים לְבָ, *pro Hebr.* וְרָם לְבָבְ.

20 מַגְלֵי) *V.* מוֹבֵד *pro Heb.* מַאֲבִיד.

IX.

1 *Verbum Hebr.* לָרֶשֶׁת) *vt alibi sæpè, transfertur in Complut. per* לְמֵירַת. *in Ven. verò per* לְתָרְגָא. *sic infrà cap. 12. vers. 29.*

X.

2 בְּאַרְחָן) *Non malè posset addi ex Hebr. & V.* בְּכָל אָרְחָ.

XII.

1 *Pro* אֱלֹהֵךְ) *reponendum censeo ex V.* אֱלָהָא, *nam absurdum est dicere* אֱלָהָךְ דַּאֲבָהָתָךְ, *pro* אֱלָהָא דַּאֲבָהָתָךְ. XIII.

3 רַחֲמִין קָרֵם יְחוָה) *pro Hebræo* אֹהֲבִים אֶת יְחוָה. *Lectionem Ven. præferrẽ quæ sic habet* רַחֲמִין דַּיְ.

14 אִתְעֲבִידָא) *Malim cum Ven.* אִתְעֲבִידַת.

XIIII.

21 *Pro* תְּזַבְּנֵהּ) *scribere* תְּזַבְּנֵהּ. *sic infrà cap. 21. vers. 19. & cap. 24. vers. 7.*

XVI.

16 רִיקָנִין) *Videtur* רֵיקָנִין *legendum cum V. nisi malis* רִיקָנוּ *sine* ן, *vt legitur in Esther.*

XVII.

5 לְקָרְנָךְ) *Hebr.* אָל שְׁעָרֶיךָ, *Ven.* לְתָרַע בֵּית דִּינָךְ.

7 *Pro* עֲבִיד) *scribe* עֲבֵד. *sic ver. 11. & 10. pro* וְלָפוּנָךְ *scribe cum V.* וַלָּפוּנָךְ, *in quo verbo sæpè erratum est. vide infr. cap. 20. ver. 18. & 24. vers. 8.*

XVIII.

3 *Pro* נְכֵסִי) *scribe ex V.* נָכְסֵי.

9 *Scribe* תּוֹעֲבָתָא. *sic vers. 12.*

XX.

4 אֱלָהָךְ) *Melius legeris* אֱלָהָכוֹן *cũ V. sic infr. cap. 29. vers. 6.*

8 וְיכוּפוּן) *Non malè legeris cum V.* וְיוּסְפוּן.

nomina desinẽtia in וּת, *facies pluralia, cùm res postulabit.*

XVIII.

13 דְּיִתְכוֹן) *Malim legere cum V.* דִּי יֵיתוֹן *quia in Hebr. est* יָבִיאוּ.

30 בְּאַפְּרָשׁוּתְכוֹן) *V.* בְּאַפְרָשׁוּתְכוֹן, *vt vers. 32.*

XXI.

11 בְּמִגְנַת) *Alij* בְּמִגְנוֹת.

XXII.

17 *Pro* וְקָרָא) *malim scribere cũ V. in Macor,* יַקְרֵא, *vt infrà rectè legitur cap. 24. vers. 11. vbi V. habet* וְקָרָא: *ex quibus locis inconstantiam scriptorũ licet perspicere.*

XXIIII.

9 *Pro* לְטַדְ יְחוֹן לְטִין) *malim scribere* לְיִטְדְ *&* לִיטִין, *vt monuimus suprà Gen. cap. 27.*

22 *Ante* אֲתוֹרָאָה) *legitur in V.* עַד מָה *vt in Hebr. quod Aben Ezr. interpretatur* עַד מָתַי. *Hierõ. Quãdiu (poteris permanere?)*

24 וְצִיצָן) *V. & El.* וְסִיעָן *pro Hebræo* וְצִים.

XXVIII.

14 בְּאִתְחַדְרוּתֵהּ) *Reponendũ censeo ex V.* בְּאִתְחַדָּתוּתֵיהּ: *facile enim fuit* ד *pro* ת *scribere, quippe cùm literæ sint eiusdem organi, pro Hebr.* בְּחָדְשׁוֹ.

XXX.

15 *Pro* בְּעַלָּה) *scribe* בְּעָלָה.

XXXI.

50. וְאַשְׁכְּבִין) *V.* וְשִׁכְבִין, *El.* שַׁכְבִין *pro Hebr.* וְעָמִיד.

XXXII.

3 שַׁכְלְלְתָּא) *V.* מַכְלְלְתָּא *pro Heb.* עֲטָרוֹת. *Ibid. pro* שׁוּפַן דְּבֵית נִמְרָא, *V. habet* וְכוּמְרִין דְּבֵית נִמְרִין.

Item verba Hebr. וְאַלְעָלֵה וְשֶׁבָּם וּבְנוֹ *quæ Complut. retinet: in Ven. Chaldaicè vertũtur ad hũc modũ:* וּבַעַל דִּיבוֹן וְסִימָא וּקְבוּרְתָא דְמֹשֶׁה.

33 *Pro* מַלְכָוָת) *lego cum Ven. in singulari* מַלְכוּת.

XXXIII.

45 *Pro* מֵעִיִּים) *V. habet* בְּמִנְיָתָא.

53 וְתֵירְתוּן יַת אַרְ) *V.* וְתִתְרְכוּן יַת אַרְעָ. *vide supr. 1. cap.*

55 מַקְפְּנִיכוֹן) *cũ V. lege* מַקְפָּנִיכוֹן *id est, Circundantia vos, vt rectè habet versio.*

XXXIIII.

3 דְּסִין) *V. vt Hebr. per* ע *legit.*

XXXV.

22 מְחָחִי) *Ven.* רְחָחִי, *vt legitur vers. 20. pro Hebr.* חֵרֶף.

XXXVI.

8 מֵירַת) *Hebr.* יְרֻשַּׁת; *V.* יִרְתַּת. *Vers. vlt.* יַת מֹשֶׁה) *V.* בִּידָא דְמֹשֶׁה *vt etiam Hebr. habet.*

IN DEVTERON.

CAP. I.

11 דַּאֲבָהָתְהוֹן) *Corrige ex Ven.* דַּאֲבָהָתְכוֹן.

16 אֲחוכוֹן) *Repone ex V.* אֲחֵיכוֹן.

44 *Pro* דְּנַתְזָן) *malim scribere* דְּנָתְזָן *sine daghes.*

II.

21 וְתָרֵיכְנוּן) *Lege cum Venet.* וְתָרֵיכוּבוּן, *sic versu sequenti.*

11 *Post* אֲעַפִּיד) *adde* לִיךְ *ex Ven.*

IIII.

11 אֲבוּנֵן) *V.* אֲבוּכוֹן.
Ibid. pro קְרִי) *scribe* קָרֵי.
16 *Pro* בְּעִיטְפָתָא) *repono* בְּעִיטְפָתָא *vel* בְּעָטְפָה *ex Ven.*

IN I. LIBRVM SAMVELIS.

CAP. II.

5 לְאוּגְרָא) *Malim cum alijs legere* לְאִתְנַגְרָא *à verbo* אֲנַר.
Ibid. pro וְיסוֹפָן) *lego* תְּסוֹף.
9 *Pro* זַבִּי) *scribitur in Maſ.* זַכֵּי *rectè; niſi malis ſcribere* זַבֵּי.
16 וְאָמַר לָא) *In Hebr. legitur* לוֹ. *Ven.* לֵיהּ. *Hieron. &* LXX. *Nequaquam.*
30 *Pro* אֲוַקַר) *ſcriberem* אֲבַקַר.
33 *Pro* אִיפְסוֹק) *ſcribe* אֶפְסוֹק, *vel cum V.* אַפְקִיק.

III.

3 וְחָלָא דֵיחָוֵה) *Pro* דֵיחָוֵה *V. & Kimh. legunt* אֶשְׁתְּמַע.

IIII.

10 רְגוֹלִי) *V.* רְגוֹלַי *pro Hebr* רִגְלִי, *& pro* וְאִתְקְטִילוּ *V. habet* וְאִתְקְטַל *in ſingulari.*
18 וְאִיתְּבֶרֶת פַּרְקוֹתֶיהָ) *V. & El.* מִפְּרַקְתּוֹ *pro Hebr.* פְּקוּתֶיהָ.

VI.

3 אֶשְׁמִיהּ) *Malim ſine affixo cũ V. legere* אֲשָׁמָא. *ſic verſu ſequẽti.*
4 שַׁרְיָא) *V.* שַׁוְיָא.

VIII.

20 וְנִגִּיחַ) *Pro Hebr.* וְנִלְחַם. *Poteſt etiam legi* וְנִגִּיחַ *teſte R. Dauid.*

IX.

2 רַב) *V.* רָם *pro Hebr.* גִּבֹּחַ.
4 מַרְבְּרָא) *V. & Kimh.* מַתְבְּרָא, *pro Hebr.* שַׁעֲלִים.
7 נַעֲיל לְנִבְוָיָא) *R. Sal. et Kimh.* נַעֲיל לְנַבְרָא. *ſic infrà verſu 9. vbi Ven. legit* גַּבְרָא.

X.

9 כַּד אִתְפְּנִי לְמֵיזַל) *V. poſt* אִתְפְּנִי *addit* בֵּיתְפְּיהּ.
26 וְאִתְיְהִיב) *Alij legunt* ד *pro* ו, *fortaſſe melius.*

XII.

2 קָשֵׁית) *V.* קָשִׁישׁ. *Elias dicit vtrumque inueniri, &* קָשִׁישׁ *&* קָשִׁית.
3 וּמִן דְּמַן קַבִּיל) *Kimh. & V. legunt iuxta Hebr.* וּמִמַּר מַן. *Facile fuit ex Iod literam Nun protrahere.*
8 בְּאַרְעָא) *Textus Hebr. habet* בַּמָּקוֹם, *quem Veneti ſunt ſecuti* בְּאַתְרָא.
11 *Pro* וְרַבַּעַל) *V. legit* גִּדְעוֹן.
12 לְנַלְיוֹכוֹן) *Pro Hebr.* עֲלֵיכֶם, *V.* עֲלֵיכוֹן,
18 וְצַלִּי) *V.* וּקְרָא *vt Hebr.*
19 אֱלָהֲנָא) *In Hebr. eſt* אֱלֹהִיךָ, *pro quo V. habet* אֱלָהֵךְ.
20 עֲבַדְתּוֹן) *V.* גְּרַמְתּוֹן. *Kimh. dicit vtroque modo inueniri in diuerſis exemplaribus.*

XIII.

20 כוּלְבֵיהּ) *Kimhi dicit quædã exemplaria habere cùm* ב, *nempe* בּוּלְבֵיהּ. *ſic & Bahal Aruc legit.*

21 *non eſt interpretatus, teſte R. Dauid Kimchi. Venet. tamen habet* וַעֲקַת נַפְשִׁיהּ.

XI.

2 מְשָׁבְטָא אוֹחֲרִי) *Non legitur* מְשָׁבְטָא *in V. nec in Hebr.*
23 לְמֵירְתָה) *Malim cum Venet.* לְמֵירְחָיֵה, *vt referatur ad Amorrhæum: nam affix. fem. non conuenit cum præcedentib.*
34 מְנָה) *Sic etiã videtur Kimh. legere. Hebr.* מִמֶּנּוּ *de quo diſputant Interpretes. V.* מִנְיָה.

XIII.

16 תְּיַחֲדִינַנִי) *à verbo* אֲחַד. *Rectè ſcriberetur* תְּיַחֲרַנַנִי.

XIIII.

11 וְגִבְרִין) *V.* חֲבֵרִין *cum Hebr.* מֵרֵעִים *melius conuenit.*

XV.

14 וְהַוָה) *V. rectius* וַהֲוָאַת: *nam verbum plurale eſt in Hebr. & paulò pro* וְאִיתְפַּסְקוּ *Venet. legit* וְאִתְכְּסִיו
19 בְּיוֹמָא דְּבְלוֹעָא) *Sic etiam V. ſed R. Kimhi dicit ſe in quibuſdam codic. inueniſſe* כַּכָּא דְּבַל, *in alijs verò* רוּמְזָא דְּבַ.

XVI.

25 קְרַן) *V.* קְרוֹ *id eſt, Vocate.*

XVIII.

1 *Poſt* אִתְפְּלַנַת) *non malè poſſet addi ex V.* לְהוֹן.
25 וְתַטִּיף) *V.* וְתַטִּיל.

XIX.

בְּדֵי יוֹמָא) *non legitur in V. nec in Comment. Kimhi.*
21 לְחַמָּרֵיהּ) *Non inconcinnè leges vt erat in Maſiano* לַחֲמָרַיָּא *ſine affixo.*

XX.

16 *Pro* מְשַׁנַּן) *corrige* מְשַׁנַּן, *ſic enim habent Maſ. & alij.*
28 *Pro* כָּחֲנָא) *legitur in Hebr.* בַּר אַהֲרֹן, *& in V.* בַּר אַהֲרֹן.

IN LIB. RVTH.

CAP. I.

2 מַחְלוֹן וְכִלְיוֹן רַבְּנִין) *Ven. addit* אֶפְרָתִין, *vt etiam in Hebr. legitur.*
9 *Pro* יְהַב) *ſcribe* יֵיהַב *in futur. pro Hebr.* יִתֵּן.
12 מְבַּעֲלָא) *ponitur pro* מִתְבַּעֲלָא.
19 וַאֲכָנִישַׁת) *pro Hebr.* וַתֵּהֹם, *V.* וְאַרְגִּישׁוּ.
20 בְּרֵם) *Malim legere cum V.* אֲרוֹם *pro Hebr.* כִּי.
21 *Poſt* אִתְּלַת) *Ven. legit* מִבַּעֲלִי וּמִבְּנַי.
22 וְיָתְבַת) *Ven.* וְתָבַת *pro Hebr.* וַתָּשָׁב.

II.

3 וְאוֹרַע אַרְעוּתָא) *Venet.* וְאוֹרַע אַרְעָהָא, *El.* וְאוֹרַע אַרְעוּתָא. *Legitur affixum in Hebr.* וַיִּקַּר מִקְרֶהָ.
6 דְּמִן עַמָּ'] *Non legitur* ד *in V. & rectè.*
14 *Poſt* קְרִיבִי) *adde ex V.* הַלְכָא, *quia in Hebr. eſt* הֲלֹם.
21 תְּתוּפִין) *Malim cum Ven.* תִּתּוֹסְפִין *vt ſupra verſ. 8.*

III.

3 בְּשַׁמָּנִין) *V.* בּוּסְמָנִין.

re volens, vt arbitror, קשׁ *vel* קשׂא *& נקש eſſe eiuſdem ſignificati.*

V.

11 בֵּית מְתוּבַת] *V. & El.* מְכוֹנַת. *Et pro* וּמְכָנַת *V. legit* וּמְתוּבַת.
16 אִיתַי מַשְׁרֵי נָצְחָא] *V. videtur clarior lectio:* אִיתָא הִיא מַשְׁרִיתָא נָצְחָא *id eſt, Quiſnam exercitus ſit ſuperior. Nã* מַשְׁרֵי *pro* מַשְׁרִיתָא *poſitum eſt in Maſ. fortè neglecto apice ſuper Iod, qui ſolet oſtendere vltimas literas deeſſe. vel dic* מַשְׁרֵי *idem eſſe quod* מַשְׁרִיתָא, *ſicut inuenitur* זַרְעֵי *pro* זַרְעַיָּא, *infr. cap. 18. verſ. 19. in V. nam in Maſ. legitur* זַרְעוּי.
28 בְּעַר] *Videtur delendũ, quia eſt vox Hebr. quam* מִן *ſatis exprimit, nec legitur in V. Irrepſit, vt exiſtimo, in contextum, quia tanquam index verſus Hebraici, in principio ponebatur. (In vſque) igitur in verſione eſt expungendũ.*
30 *Non malè poſſet præponi* חֲלָא *ex Hebr. & Ven. ſic ſequent. cap. verſ. 15. ante vocem* הָא.
31 *pro Miſericordiæ &c. repono, Qui autem diligunt eum, ſplendebunt tanquã Sol exoriens. &c.*

VI.

2 *Scribe in plurali* מַטְמוֹרְיָתָא, מְעַרְתָא *&* וּמְצָרְתָא. *vide cap. 13. lib. 1. Sam. verſ. 6. & 23. & 23.*
31 וְיָהַב] *V.* יִתְיְהִיב *futur. paſſ. vt rectè habet verſio.*
38 וּנְפַקְטָלָא] *Lege cum El. & Ven.* וַיִּמָּץ *pro Hebr.* וּנְפַץ.

VII.

14 מַשְׁרִיתָהּ] *Sine affixo legendum cum V.* מַשְׁרִיתָא, *vt etiam eſt in Hebr. & delendum (eius.)*
24 וְיחוֹרוּ] *Eſt imperat. ab* אחר *pro Hebr.* לְכְרוּ. *Non malè poſſet legi cum V.* וַאֲחוֹרוּ.

VIII.

16 וְנָרִיר] *Pro Hebr.* וַיָּרַע *id eſt, Et contriuit, comminuit, vt omnes interpretes vertunt. Ven. & Kimchi* וְתַבַּר, *El.* וְנָרַר. *Alij* גדר *iuxta illud Dan. 4.* גִּדּוּ *Succidite.*
24 עַרְבָאֵי קְטוּלוּ] *Sic etiam habet Kimh. in Comment. ſed Ven. pro* קְטוּלוּ *legit* אִנּוּן, *vt eſt in Hebræo* הֵם.

IX.

4 סְרִיקִין וּבְקָרִין] *Venet.* טְרִיקִין *&* וּכְסִירִין. *Vtraque lectio legitur in Comment. vbi vox* בָּקָרִין *explicatur fuſiſsimè: vel iuxta primam ſignificationẽ Paſtores boum, qui inter homines habentur viliſſimi. vel* ב *pro* פ *quaſi* פָּקָרִין *homines libertate donati aut dimiſſi. Item Temerarij, præſumptuoſi.*
31 צָרִין] *Benoni Hebr. V.* צָיְרִין *Chaldaic.*
41 *Pro* מְלִמְתַב] *ſcribe* מִלְּמֵתַב, *vt ſit diſcrimen inter* תוב *&* יתב.

X.

4 *Pro* קְרַת] *repono ex V.* קָרַן: *quia in Hebr. eſt* וַיִּקְרָאוּ.
16 וַתְּקַצַּר בַּפְשׁוֹ *&c.*] *Maſ. retinet verba Hebraica: quæ Ionathã*

29 שְׁבָטָא דְמְנַשֶׁה לְזַרְעָ'] *Inſerendum videtur ex Ven.* רִבְנֵי מְנַשֶׁ' *ſic enim in Hebr. eſt* מַטֵּה בְנֵי מְנַשֶּׁה.
33 *Poſt* יְהוָה] *adderepotes ex V. iuxta Hebr.* אֱלֹהָא דְיִשְׂרָאֵל.

XIIII.

2 תַּת מֹשֶׁה] *Malim legere cũ V.* בְּיַד מֹשֶׁה *vt eſt in Hebr. ſic verſ. 10.* עִם יִשְׂרָאֵל] עִם *videtur delendum, cùm deſit in Hebr. & Ven.*

XVI.

13 תַּקִּיפוּ] *Scribe* תְּקִיפוּ. *ſic paulò pòſt pro* תָּרְכוּנוֹן *vt habet Venet. legendũ cum Maſ.* תַּרְכִּינוֹן: *in Hebræo enim eſt ſingulare.*
16 וְלִרְבִית מִישַׁר] *videtur* בֵּית *irrepſiſſe in cõtextum, nam nec in Hebr. nec in Ven. legitur.*

XVIII.

6 וְתִיתוֹן] *Non malè ſcriberetur cum V.* וְתַיְתוֹן *pro Hebr.* וַהֲבֵאתֶם.

XX.

4 *& alibi pro* וְיתִיב] *Scribo* וְיֵתֵב *vt reſpondeat verbo Hebr.* וְשָׁב.
7 כַּאֲרַע דְּבִית] *V. melius* בְּטוּרָא דְּבִית, *ſic enim in Hebr. eſt. vt infrà verſ. 11. cap. ſequenti.*

XXI.

45 בַּטִּיל] *Scriberem intranſitiuè* בְּטֵל *pro Hebr.* נָפַל. *ſic in fin. ca. 23.*

XXII.

19 אַחֲבַנְתְּהוֹן] *Scribe vt erat in Maſ.* אַחֲסַנְתְּכוֹן.
34 *Prius* סָהִיד *videtur redũdare.*

XXIIII.

8 וְירִיתוֹן] *Scribendum* וְירִתוּן, *vel legendum cum V.* וְיִרִיתְתוּן.
19 מִן קֳדָם דִּין לָא יְשָׁבוֹק] *Veneta videtur melior* מִן קֳדָם דִּין דְּקִשׁוֹט לָא יְשָׁבוֹק *&c.*
27 לְדִכְרִין] *Pro voce Hebræa* לְעֵדָה, *quæ in V. duabus exprimitur* לְדִכְרִין וּלְסַהֲדוּ.

IN LIB. IVDICVM.

CAP. I.

35 וּתְקִיפַת בֵּית] *Non malè poſſet interſeri* יַד *ex Hebr. vt habetur in Ven.* וּתְקִיפַת יַד בֵּית.

II.

4 *Pro Hebr.* מַלְאַךְ יְ, *Maſ. habet* נַבְיָא דַיְ, *V.* נְבִיָּא דַיְ.
9 בְּתִמְנַת סָרַח] *Venet. legit vt Hebr.* בְּתִמְנַת חֶרֶס.
10 לְבֵית אַבָּהָתּוֹהִי] *Quamuis non ſit mala lectio, pro Hebr.* אֶל-אֲבוֹתָיו *videtur tamen æquè rectè poſſe legi* לְוַת אֲבָהָת *vt habet Ven. Puto enim ex* לְוַת *ob quandam affinitatem literarum in pronũciatione,* לְבֵית *factum eſſe.*
18 וּמְשַׁעְבְּדֵי] *Scribere in Benoni cum Ven.* וּמְשַׁעְבֵּד.

IIII.

7 וְאִיתַּבִּיב] *Scribe* וְאֶתַּבֵּב *vel* וַאֲתַּבֵּב *aut* וְאֶתְתַּבֵּב, *quæ forma eſt vſitatior.*
11 *Pro* עִם מִישָׁךְ] *legerem cum Hebr. & Ven.* עַד, *niſi* עִם *accipias pro, Prope, iuxta.*
22 וּנְקָשַׁת יַת סִיכְתָ'] *Ven. & Elias* וּנְקִישַׁת יַת סִכְּ'. *ſic etiam Bahal Ar. in radice* קש, *citat* ונקשת, *innue-*

XV.

4 וְאֶדְנִיָּה) *Sic & V. sed Kimh. clariùs legit* וְאַדּוֹנִיָּה.

XVI.

6 *Pro* גְּבַרְיָא) *scribe cum Ven.* גַּבְרָיָא.

21 אִתְּגֵרִיתָא מֵאֲבוּךְ) *Ven.* אִתְּנָ בַּאֲבוּךְ.

XVII.

2 כְּרִתִי) *V.* כַּר חוא.

19 דְּקָלִין) *pro Hebr.* הֲרִפוֹת. *Alij legunt* דְּקִיקִין *vt Bahal Ar. sed El. putat* ד *esse seruile, vt sit idem quod* קָלִיא *id est, Tostum frumentum, aut species leguminis.*

XVIII.

16 זְעִיר) *Bahal Aruch etiam sic citat. & Elias dicit se nusquam, præterquam in Aruch, illam lectionem inuenisse: quia legit* קְנַע, *vt & V. Hebr.* חָשַׁךְ.

XIX.

6 חֲוִיתָא) *Non malè Ven.* חֲוִיתָא, *nam in Hebr. est* הִגַּדְתָּ.

7 מִנְעוּרָךְ) *Hebr. est. V.* מִזְּעוּרָךְ.

26 מְחָנַר) *pro Hebr.* פִּסַּח. *V. non malè* חַגּוּר.

XX.

15 וַאֲקַפָּה מַשְׁרַיָן) *Sic Venet. In Maſ. autem erat* וַאֲחַפָּה, *quod non placet. Kimhi verò optimè* וַאֲקוּפָא *vt sit plural. femin.*

25 וְשִׁישָׁא) *V.* וּשְׁוָא. *Duplex est lectio in Hebr.*

XXI.

4 בְּרִיכִין) *Lege potiùs cum Ven.* עְרִיכִין, *vt sensus fiat clarior: q.d. non indigemus pecunia. puto enim in Maſ. mendosè* ב *pro* ע *scriptū esse; cuius rei etiam exemplum Psalm. 19. habes.*

XXII.

2 קָדְמוֹהִי) *Non malè præposueris cum V.* ד, *vt* מְשִׁיצֵי *referatur ad clausulam præcedentem. In Ven.* מְשִׁיצָאָה *legitur.*

24 כָּל יוֹמַי) *Non legitur in Hebræo nec Ven.*

47 וּמְרָמָא) *Melius Ven.* מְרוֹמָם, *nam in Hebr. est* וְרָם.

XXIII.

1 *Scribe* וּתְקִין *in Peil.*

3 לִיקוֹם) *Ven.* דִּיקוֹם *quod est vulgarius.*

4 כְּבָרָא דְּמַסְגְּרָא נְשָׁנֵי בְּיַצְרָתָ') *V.* כְּאֻכָּרָא דְּמְסוֹבַר בְּשָׁ' בַּצּוֹרְתָא.

11 דְּטָלוֹפְחִין) ד *videtur certè abundare, nec etiam legitur in V.*

26 דְּמִן פְּרַעְתּוֹן) *V.* דְּמִן פְּלֹט *vt est in Hebræo.*

XXIIII.

7 לְמִבְצַר צוֹר) *Hebræa sunt. sed in V. Chaldaicè vertuntur* לְקִרְוֵי כְּרִיכָן.

23 אֲרַוְנָה מַלְכָּא) *Kimhi legit* אֲרַוְנָה לְמַלְכָּא.

IN I. LIB. REGVM.

CAP. II.

5 וּרְמֵי דִי יִתְחַשִׁיב] *V.* וּרְמֵי דְמָחַשִׁיב *i. Cogitabat quòd reputaretur.*

22 קְשׁוֹט) *pro Hebr.* נָרוֹל. *Ven. fortè meliùs* קְשִׁישׁ, *nam loquitur de Adonaſer. Elias verò rectè et Pagn. per* שְׁרָא *cum* ד, *quod non ſemel, præcipuè in hoc capite, inuenies.*

42 בִּינָנָא) *V.* בֵּינָא *pro Hebræo* בֵּינִי.

XXI.

5 וְהוּא לָא) *Non legitur negatio in Hebr. nec in Ven.*

11 מְשַׁבְּחִין) *Ven.* מְשַׁמְּעִין, *pro Hebr.* יַעֲנוּ.

XXII.

8 דְּבָאִיב לִי) *videtur redundare. nec legitur in Hebr.*

15 וְכָל בֵּית) *Legitur* בְּכָל *in Hebræo & Ven.*

18 לְשָׁלוּט) *Malim cum V.* וְשָׁלוּט *legere. alioqui dicendū erit* לְמִשְׁלוּט *esse Infinit. Hebraic.*

22 וְכָל בֵּית) *Non malè legeris cū V.* בְּכָל נֶפֶשׁ בֵּית. *sic enim est in Hebræo.*

XXIII.

11 *Post* חֶסְבֵּר) *legitur in Ven.* שָׁאוּל *vt etiam in Hebr.*

18 לְאַרְחֵיהּ) *Sic & Kimh. V.* לְבֵיתֵהּ *vt est in Hebr.*

26 מִתְבְּעֵית) *V.* מִתְבְּעֵי *pro Hebr.* נֶחְפָּז.

XXIIII.

11 וְחָסִית עֲלָךְ) *Sic & V. verùm D. Kimh. dicit quædam exemplaria legere* וְחַכַּת נַפְשִׁי עֲלָךְ, *quod nō malè cū Hebr. cōuenit* וַתַּחַס עָלֶיךָ.

12 סְטִית) *V.* חָטֵית *pro Hebræo* חָטָאתִי.

16 דַּיְנִין דִּינִי) *Quia in Hebr. est* וְרֵב אֶת רִיבִי, *puto reponendum ex V.* וְדִין דִּינִי: *nam Maſ. lectio non placet.*

XXV.

1 וּנְפַק) *V.* וַיֵּרֶד *pro Heb.*

18 עָאן תַּכְּרָא) *Sic legunt etiam R. Sal. Elias & V. sed Kimh. legit per* ח, תַּחְבְּרָא, *nescit autem quid significet. Hebr.* צאן עֲשׂוּת *quod R. Sal. interpretatur Oues refertas carne tenera & ouis.*

29 *Post* דְּרָבוֹנִי) *addendum* גְּנִיזָא *ex V. El. & D. Kimh. vt respondeat Chaldaica vox Hebr.* צְרוֹרָה.

XXVI.

18 וְלָא בִידִי) *V.* וּמָה בִידִי, *Hebr.* וּמָה בְיָדִי.

XXX.

21 יְעַרְעַ דָּוִד יַת עַמָּ') *pro Hebr.* וַיִּגַּשׁ דָּוִד אֶת עַם. *Kimh. dicit in quodam exemplari legi* וּקְרִיב דָּוִד לְוָת עַמָּא.

XXXI.

4 וְיִתְלַעְבוּן בִּי) *Ven.* וְיִתְעַלְּצוּן בִּי. *Kimh.* וְיִתְעַלְּצוּן *sed puto mendum esse, &* צ *esse loco* ב: *nam dicit importare Contemptum, iuxta illud* כמתעתע, *quod Chaldæus reddidit* כמתלעב, *pro Hebr.* וְיִתְעַלְּלוּ בִי. *Elias in rad.* לעב *legit* וְיִתְעַלְּבוּן.

IN II. LIBRVM SAMVELIS.

CAP. I.

20 *Scribe* יַחְדְּנוּן.

26 *Pro* חֲבִיבְתְּ) *Scribe* חַבֵּבְתְּ.

III.

29 בַּאֲגַר) *sic & V. sed El. legit cū* ד, *interpretaturq; Germanicè* Krucken.

35 לְאוֹכְלָא) *V. & El.* לְאוֹרָא.

IIII.

2 תַּרְתֵּין) *Non legitur in Hebr. nec in Ven.*

V.

9 מְלַיְתָא) *Quidam scribunt, teste Elia, cum Iod mobili* מַלְיְיתָא. *sic, vbicunque inueneris, videtur scribendum.*

11 *Post* אָעִין) *additur in Kimh. & Ven.* וַאֲנִין.

VI.

5 אֲעֵי בִּירְזִין) *pro Heb.* עִוְרֵי וְרוּשִׁים *V.* אֲעֵי בְּרָזוֹן *fortè à verbo* בָּרַז *Perforare. q. d. Instrumenta musica perforata. sed illa lectio est verior.*

13 כַּר נְטָלוּ אֲרוֹנָ') *Ven.* כַּד נְטָלוּ אֲרוֹנָ' *pro Hebr.* נָטְלֵי אֲרוֹ' צְעֲרוּ נְשָׁאֵי אָ'.

Et paulò post דַּרְגִין) *sic Kimh. sed El. & V. & alij* זוּגִין *pro Hebr.* עֲגָלִים.

17 *Post* יָתְיָה) *adde ex V.* בְּאַתְרֵהּ.

VII.

7 לְכָל חַד) *V.* עִם חַד *pro Hebr.* אֶת אֶחָד. *sic vers. 10.* קָרְמֵי *videtur abundare.*

Item בְּנֵי רְשִׁיעָא) *V.* בְּנֵי רִשְׁעָה.

23 וּמִי) *Lege potiùs cum V.* וּמִן.

IX.

7 וְאוֹתֵב לָךְ) *Ven. fortè melius* וַהֲשִׁבֹתִי לְךָ. וְאָתֵיב לָךְ *pro Hebr.*

X.

4 וּגְרַע) *In Maſiano erat cum* ר וּגְרַע.

XII.

3 בְּחִיקֵיהּ) *Sic & V. Sed Elias dicit mendum esse, & legendum* בְּחֵינֵיהּ.

28 וּשְׁרוֹ) *Lege cum V.* וּשְׁרֵי, *vt numero conueniat cum Hebr.*

31 וְגַרַר) *R. Sal. R. D. Kimh. Elias & alij legunt* וְגָרַר.

XIII.

13 חִסּוּדִי) *V.* חִסְדִּי.

18 לַרְשֵׁי בְּנַת) *V.* לַבְּשֵׁן בְּנַת *quod certè mihi videtur rectius.*

32 יְיַמַּר מַלְכָּא) *Non malè cum V. legeris* יְיַמַּר רְבוֹנִי, *quia in Hebræo est* אֲדֹנִי.

37 יוֹמִין סַגִּיאִין) *V.* כָּל יוֹמַיָּא.

XIIII.

5 בְּרַם אִתְּתָא) *R. Sal. D. Kimh. & V.* בְּקוּשְׁטָא *pro Hebr.* אֲבָל.

7 יְרוּתָא) *Rectiùs V.* יְרוּתָא, *pro Hebr.* חֲיוּרֵשׁ.

14 *Pro* דִּינָא) *scribe* דַּיְנָא; *colligitur enim ita scribēdum ex Kimh. Commentarijs, quia* דיונא *cum duplici Iod scribitur.*

15 תְּמַלֵּל) *V.* אֲמַלֵּל *vtraque lectio sensu conuenit.*

Ibid. פִּתְגָמָא הָרֵין) *V. iuxta Hebr.* פִּתְגָמָא דְּאָמְתֵיהּ.

21 עַבְרִית) *Sic Ven. Verùm in Maſ. erat* עֲבַרְתָּ, *vt est in Hebræo, iuxta Maſſoritarū correctionem.*

Sic vers. sequenti pro דְּעַבְדָּךְ *V. habet* דְּעַבְדֵהּ; *varia enim est lectio in Hebr.*

21 וְלַאֲפָצַת זָקֵת) *V. Kimh. & El.* וּלְאַנְצָרָא זָקֵת, *Bahal Ar.* וְלַאֲנָצָא *à verbo* אנץ *quod Eccl. 12. inuenitur pro Acuere.*

XIIII.

9 מַקְרִיבָנָא) *Scriberem* מְקָרְבָנָא *in Macor ex Cal. alioquin legendum cum V.* דְּנַתְמְטֵי.

17 *Pro* שְׁנָא) *corrige* שָׁנָא.

XV.

23 אֱנָשׁ דְּמוֹסִיף) *Ven. addit* דְּפָצַר וּמוֹטֵ'.

33 *Pro* דְּאַתְכְּלַת) *scribe* וְאַתְכְּלַת.

XVII.

5 גְּלַבִּין) *Inuenitur in quibusdam exemplaribus, teste Kimhi, cum* כ, גַּלְכִין, *pro Hebr.* קִשְׁקְשִׁים. *Bahal Aruch etiam per* כ *legit.*

11 פְּרִשְׁתָּאח) *Nō malè posset addi ex V. iuxta Hebr. dictio* הָאֵלּוֹן.

18 טִיבְחוֹן) *pro Hebr.* עֲרָבָתָם. *Kimh. habet* טבהון, *interpretaturq;* עִנְיָנָם *Res, negocia eorum, vt & Syri.*

20 *Pro* עַל נְטִירָא) *malim cum V. legere* עַל נָטְרָא *id est, Custodi.*

30 *Post* עַמָּא) *non malè posset addi* פִּתְגָמָא *ex Ven. iuxta Hebr.*

31 *Pro* וְרַבְרוֹהִי) *legitur in Ven. in singul.* וְרַבְרֵהִי *iuxta Hebræum* וְנֶקְחֵהוּ.

39 אֵילוּף) *R. Sal. R. Kimh. & V. melius videntur habere* אֲלִיף. *sic paulò pòst pro* אִילוּפִית *scriberem* אֲלוּפַת, *vel potiùs verbo pass.* אֱלִיפַת, *vel* אֱלוּפַת.

40 וּבְטַרְמִילֵהּ) *Bahal Ar. R. D. Kimh. Elias & Ven. per* ת *legunt* וּבְתוֹרְמִילֵי, *R. Sal.* וּבְתַרְמִילֵי.

42 בְּרֵיוֵה *erat in Maſ. sine affixo, & rectè.*

49 וְאַחְזַר) *pro Hebr.* וַיִּקָּלַע. *El. & Ven.* וְאַקְלַע.

XVIII.

11 וְאֶבְרְזִנָה) *Scribo* וַא *vt in versione est: Et infixit eam. in Aphel 3. persona, vt videtur Kimh. innuere, qui sic interpretatur* ונקב החנית; *sed scriberem cum V.* נֵיהּ *cum affix. masculi. alioqui* אֶמְחִינָהּ *esset scribendum.*

XIX.

24 בָּיְשָׁן) *Sic, teste Kimhi, quadam exemplaria habent; alia verò* בִּרְשָׁן, *vt etiam R. Sal. qui dicit Arabicè* ברשן *significare* משונע *Insanum. Bahal Ar. videtur legere duabus vocibus* בר שאן. *Si* בָּיְשָׁן *legas, erit adiectiuum à* בוש, *quasi esset, Verecundus, pudefactus.*

XX.

4 וְיִתְעַבִּיד) *In Hebr. est prima persona actiua* וְאֶעֱשֶׂה, *pro quo V. legit* וְאֶעְבִּיד.

20 שַׁדִּי) *Malim legere cum V.* אַשְׁרֵי. *pro Hebr.* אוֹרֵחַ, *nisi in Calmalis* שָׁרֵי *scribere, vt Benoni sit loco futuri.*

25 *Pro* מְתַקַּן) *scribe* מַתְקַן, *vel cum V. & El.* מְתַקֵּן.

36 לְעִלּוֹמָא) *Lege cū affix.* לְעִלְּמֵהּ *vt est in Ven. & Hebr. Et paulò pòst verbum* וַרַח *vertitur in Maſ. per* שָׁרָא *cum* ר, *veluti etiam citat*

30 בְּיוֹם עֲבֹדָה) *V. rectè* בְּיוֹד עֲבָדֵי *vt in Hebr.*

X.

6 וְתַיְתוֹן) *Scribe* וְתֵיתוֹן *vt rectè erat in Maſ. mendosè verò in V.*

7 וְשַׁדְרִינוֹן) *Sic & V. ſed mendosè. Repono igitur* וְשַׁדְרונוֹן *vel* וְשַׁדְרוֹן.

31 מְטָא מִכָּל) *V. vt Hebr.* מֵעַל. *idem occurrit infr. ca. 15. ver. 18.*

34 וְכָל גִּבְרָתֵיהּ) *Malim ſingulariter cum Hebr. legere* וּגְבוּרָתֵיהּ.

XI.

4 לְבֵית מַקְדָּשׁ) *Sic Venet. ſed in Maſ. erat* לְבֵית מַקְדָּשׁ.

6 בִּתְרַע גִּבְרַיָּא) *Kimchi dicit quædam exemplaria habere* בִּתְרַע נְטוֹרַיָּא. *i. In porta cuſtodum. pro Hebr.* סוֹר *Ibid.* מְשִׁתַּרְלוֹ) *Ven. pro Hebr.* מַשַּׁח מְרֹאשְׁתֹּלִי.

13 קַל רַבָּנִין) *V. Kimh. & El.* קַל דְּרַקְדָּנִין *id eſt, Vox ſaltantium. Hebr.* קוֹל הָרָצִים.

14 מִירְדָא מֵירְ) *V.* מִירְדָא מֵירְ. *ſed El. videtur rectius ſcribere* מֵרְדָא. *Hinc colligere potes quantum varient in ſcribendi ratione illi qui puncta addiderunt.*

19 *Poſt* בְּאוֹרַח) *cenſerem addendum ex Ven.* תָּרַע.

XII.

9 חַרְנָה) *Elias & Ven.* חוֹרָא, *pro Hebr.* חֹר.

Ibid. גַּבְרֵי חֵיכְלָא) *Kimh. Elias & Ven.* אַמַּרְכְּלַיָּא.

XIIII.

6 *Ante* אֱנָשׁ) *non malè addideris ex V.* אֶלְחִין, *pro Hebr.* כִּי אִם.

13 וּפְרַט) *V.* וּפְרָץ *vt in Hebr.*

21 דְּאַרְעָא) *Venet.* דִּיחוּדָה *vt in Hebræo.*

25 עִם עַבְדֵי) *V.* בְּיוֹד עַבְדֵי.

XVI.

6 וַאֲרוֹמָאֵי) *V.* וַאֲרַמָּאֵי. *In Hebr. eſt duplex lectio.*

13 יַת נְכָסַת) *V.* יַת דַּם נְכָסַת.

11 טְקוֹס שַׁבְתָּא) *Sic etiam Ven. & Kimh. qui tamen teſtatur ſe in quibuſdam exemplarib. inueniſſe* טֶקֶס מַרְבְּתָא.

XVIII.

16 סְקוֹפַיָּא) *Kimh. & V.* סְקוֹפַיָּא *Non legitur affixum in Hebr.*

19 מַלְכָא דְרַבְּתָא) *V.* מַלְכָא דְרַבְּתָא *pro Hebr.* מֶלֶךְ נָדוֹל. *Miror ſanè, cùm* רַבְּתָא *ſit femin. cum* מַלְכָא *maſculino conſtrui. fortè* רַבָּא *eſt legendum, vel potius* רַבְּתָנָא, *vt infr. habes verſ. 28. & in Iſaia.*

30 מִן יְדֵי] *Ven.* מִן יְהִיבַת, *Hebr.* מִנְּדוֹ.

XIX.

13] טַלְטוּלוֹנוֹן וַאֲגַלְיוֹנוֹן *Cùm paulò antè* הֲנַע וְעַוָּה *Chaldæus Paraphraſtes, tanquam verba, verterit ſingulariter; hîc ſimiliter ex Ven. reponenda ſunt in ſingulari* טַלְטְלוֹנוֹן וַאֲגַלְיוֹנוֹן, *vt ad regem Aſſyriorum referatur. vel* וַאֲגַלְיָאנוֹן *vt legit Pagninus in ſuo Theſauro in radice* נוּעַ.

28 וְרִשְׁחוּ) *Ven,* וְרִישְׁחוּ. *Elias hîc & Iſa. 37.* וְשָׁחוּ *per* ה *legit. In V. tamen*

21 וְגַמַּר) *Kimh. & V.* וּמַגַּר.

38 בְּמַעְפְּרָא) *Bahal Ar.* מַעְפּוֹרָא, *R. Sal.* בְּמַעְפּוֹרְתָא. *Kimh. duplicem adfert lectionem* בְּמַעֲפַרְתָּא עֵינוֹהִי *&* בְּמַעְפָּרָא עַל אַפּוֹהִי. *El. & Ven. vt Maſ.*

XXI.

2 דְּמֵי מַה) *V. & El.* דְּמוֹהִי.

5 *Pro* רוּחֲךָ) *Ven.* רוּחָךְ *melius: nam alterum eſt Hebræum.*

XXII.

9 לְגוֹאָה) *In Maſiano erat ſcriptū* לְגוֹאָה, *& ſic inuenio perpetuò ſcriptum in exemplaribus Hiſpanicis. ſed Bahal Ar. hîc* לְגַוָּאָא *vel* לְגַוָּאָא *legit. Elias* גַּוּ. *Venet. nunc* לְגַוָּאָה *modò* לְגַוְוָאָה, *modò* גַּוָּאָה, *vt infrà cap. 3. verſ. 6.*

34 דִּבְקֵי שִׁרְתָּנָא) *Kimhi & Ven.* דְּבָקֵי וּבֵין שִׁרְיָן. *Hebr.* הַדְּבָקִים וּבֵין הַשִּׁרְיָן.

IN LIBR. II. REGVM.

CAP. I.

17 לְאֶלְיָחוּ) *Non legitur* ל *in Hebr. nec in Ven.*

III.

חוֹבֵי דְשַׁעְתָּא) *Kimh. & Venet.* רְשָׁעָתָא *rectè.*

27 *In fine* הַיְשְׂרְאֵל) *Non legitur in Hebr. nec alibi.*

IIII.

34 וְאַלְחֵית) *pro Hebr.* וַיִּנָּחֵר. *El. fortè melius* וְאַלְחֵיהּ *q.d. Et defatigauit ſeipſum. Bahal Ar. per* ח *legit* וְאַלְחַת, *ſed quid ſit, nō explicat. ſic verſu ſequenti.*

35 וְאִתְמַקְמַק) *Hebr.* וַיְזוֹרֵר. *Bahal Ar.* וְאִתְמַקְמַק, *El.* וְאִתְמוֹקַק. *Ven.* וְאִתְמוֹרַק; *ſed hoc puto eſſe mendū.*

VI.

2 שְׁרִי) *Sic & Bahal Ar. Alij* כְּשׁוֹרָא.

VII.

9 חוֹבָא) *V.* חוֹבָא.

VIII.

7 מִמְרַע) *Scribe* מִמְּרַע, *vel lege cum Ven.* מֵרַע. *ſic vbicunque inueneris cum ſere, ſcribe cum alijs* מְרַע *in Cal, ſeua ſub* מ. *atque etiam corriges vbicunque legeris* מִמְרַע *ſine daghes, vel* מִתְמְרַע *repones. vt ſuperiorib. libris.*

IX.

15 מַחֲתָא) *Kimhi docet ſcribendum in plurali* מְחָתָא; *nam ſine punctis in eius Commentariis ſic inuenitur ſcriptum* מחאתא.

17 מַשְׁרִיתָא אֲנָא) *In Maſiano erat* מַשְׁרִיתָא, *in V.* מַשְׁרִיתָא. *Vide Iud. 5, 16. vbi etiam* מַשְׁרִי *legitur.*

25 *Pro* דַּכִּיר) *malim* דְּכִיר *legere in Imperat. vt eſt in Heb.* זְכֹר.

26 קְרָמוֹהִי) *Rectius Kimh. & V.* קָרָמַי; *nam affixū* וְהִי *apud politiores Paraphraſtas non puto inueniri pro prima perſona: ſi modò rectè exemplaria cum exempl. conferantur.*

32 נוֹאִין) *V.* נַוָּאִין. *Vide ſupr. cap. 22. verſ. 9. libri 1. Regum.*

Vlt. דַּעֲדָא כִּרְעוֹתֵיהּ) *Ven.* דַּעֲדָא מַרְעוֹתֵיהּ.

XIII.

11 וּשְׁמֵהּ מִיכָה) *Hæ duæ dictiones abſunt à Ven. licet R. Kimhi dicat in quibuſdam exemplaribus inueniri. Prophetæ nomen non memoratur in textu Hebraico.*

XIIII.

3 וְזִלּוּעַ) *Sic Bahal Ar. et Elias. ſed miror in V. ac etiam in Commentarijs Kimhi* וְקִלּוּעַ *ſcriptum.*

4 קָמָא עָ) *V.* קְהָא עָ *pro Hebr.* קָמוּ עֵינָיו. *Videtur hic pro* קְהָא *ſcribendum* קְחָא.

8 *Pro* וְיַחְבְּתָא) *ſcribe cum affixo* וְיַחְבְּתָהּ.

9 *Pro* מַחֲבָא) *non malè legeris cum Ven. in plurali* מַחֲבָן *vt eſt in Hebræo.*

10 דְּמַנְדְּרִין בְּנִיל) *Ven. & Kimh.* דְּמַנְדְּרִין בְּגוֹלוֹלִין; *ſed El. longè aliter, & non malè, mea ſententia,* דְּמַנְדְּרִין בְּגוֹלַיָּא *iuxta illud Gen. 29.* וְגָלַל אֶת הָאֶבֶן *Et reuoluit lapidem.*

11 בְּמֵימְרָא) *Rectius V. ſine* ב. *alioqui legendum paulò pòſt pro* גְּזַר *in Peil* גְּזִיר, *vt in Iſaia ſæpius inuenitur.*

22 דַּעֲבַרוּ קָדָמֵיהוֹן) *Venet. legit* אֲבָהָתְהוֹן *fortè rectiùs; in Hebræo enim eſt* אֲבוֹתָם.

28 לְרוּבָא) *Sic V. & Kimh. ſed puto cum Elia mendum eſſe. pro Hebr.* תָּא. *In Maſ. erat* לְרוּכָא, *quā lectionem Elias putat eſſe veriſſimam. nam* רוּכָא *in Miſnaioth* מָקוֹם *i. Locum ſignificat, vt & apud Syros.*

XV.

יַת טַעֲוָתָא) *Non malè cum Ven. legeris cum affixo* יַת טַעֲוָתָהּ *vt eſt in Hebræo.*

21 בְּתִרְצָה) *Sic eſt in Hebr. Ven. & Kimh.* בְּתַרְעִיתָא.

29 אִשְׁתְּאַר) *V. actiuè vt eſt in Hebr.* אַשְׁאַר.

XVII.

3 וְתִטְמַר) *V. rectiùs* וְתִטְמַר.

21 *Pro* בְּעַלָא) *Malim cum V. et Kimh. legere ſingulariter* בַּעֲלָא.

XVIII.

27 בְּקַל רַם) *Ven.* בְּקַל רַב.

Ibid. אִשְׁתְּרִיף) *Elias putat idem eſſe quod* אִשְׁתְּתִיף, *vt* ד *ſit loco* ת, *à* שתף. *ac ſi dicas, Eſt illi* שותפות *Commercium, ſocietas aut negociū cum alio.*

40 דְּקִרְוֹן) *V.* דְּקִישׁוֹן *vt in Hebr.*

45 דְּמִזְרַז) *Kimh. & V.* דְּמִזְרַז. *ſic ſequenti cap. verſ. 4. pro* מְטַרַף *Kimh. & Venet. legunt* מְטְרַף *in Ithpeal.*

XX.

12 וְאִזְדְּרִיזוּ) *Kimh. & Ven.* וּכְמִנוּ *Et inſidiati ſunt. pro Hebr.* זַשְׁמוּ.

20 *Pro* סוּסָא) *malim cū Kimh. & V.* סוּסָן *legere. niſi malis* סוּסָא. *Et paulò pòſt* תְּרִין זוֹג פָּרָשִׁין) *Kimh. dicit ſe ſic inueniſſe in alio codice; vulgatos autem libros habere* תְּרֵין רְתִיכִין. *In Maſ. non erat* זוֹג.

de Adonia fratre maiore, ſiue ſeniore. *Ibid.* חֲדָא) *Non malè legeris cum Kimh.* דָּא.

III.

8 בְּעָמָךְ) *ſcribe cum V. Et paulò pòſt pro* לָא *ſcribe* דָּא. *ſic verſu ſequenti* עָמָךְ *circa finem.*

26 אִתְגּוֹלַלוּ) *Ven.* אִתְגַּלְגַּלוּ, *Elias* אִתְגַּלְגְּלוּ.

VI.

4 כְּלִיסָנָא) *Sic & V. Sed Elias legit* כְּלוּכְנָא *vt Bahal Aruc citat. & etiam Rab. Sal. & Kimh. infr. cap. 7. verſ. 4. dicitq; etiam inueniri per* ק, קְלוּכְנָא.

Ibid. בַּיִת אַנְחַת) *Sic & V. Sed D. Kimh. & El. legunt* בֵּית אַבְחַת.

6 עֲבַד לְגֵיו לְבָרָא) *V.* עֲבַד לְבֵיתָא כְּחוֹר כְּחוֹר לְבָרָ'. *Et pro* גֵּיחִין *ſcriberem* בָּיחִין.

33 מִן דְּבִיעָתָא) *Venet. R. Sal. & Kimh.* מִן אַרְבָּעָה סְטָרֵי הוֹן.

VII.

7 פְּרוּסָרָא) *Bahal Aruch dicit quoſdam codices habere* פְּרוּזְרָא *cū* ז. *Kimchi autem ait idem eſſe quod* פְּרוּסְרוֹר *vel* פְּרוּסְרוֹר. *El. verò aſſerit inueniri in quibuſdā codicibus* פְּרוּזְרָד, *& eſſe Græcam vocē, atque ſignificare* שֶׁבֶן הַשַּׁעַר מַרְ חַצַר. *fortè à* πρὸς *&* θύρα *dictā.*

16 מַתּוּךְ) *V.* מַתַּךְ *pro Hebr.* מְצַק.

19 וְקִרוֹנַתְחוֹן) *Lege cum Venet.* קִרוֹנַתָּן *vt etiam habes verſu ſequenti, nō eſt enim affix. in Hebr.*

30 מְכַבֵּשׁ) *V.* בְּכַבֵּשׁ.

37 וְעִבְרָא) *pro Hebr.* מֵאָב. *Elias cum ſegol* וְעֶבְרָא; *V. verò aliter* וְעוֹבָרָא *ſed puto eſſe mendum, licet ſenſus non ſit adeò abſurdus.*

VIII.

9 בַּאֲרוֹנָא מַחֲתִין תְּרֵין) *V. iuxta Hebr.* לֵית אֲרוֹנָא לְחוֹר תְּרֵין.

21 כְּתִיבִין) *Non legitur in Ven nec hîc conuenit cum* קְיָמָא, *niſi ſcribatur* כְּתִיבָא *aut* כְּתִיבָא.

23 דְּפָלְחִין) *Venet.* דִּי מְהַלְכִין *pro Hebr.* הַהֹלְכִים. *Vtraque lectio eſt bona.*

27 דְּמֵי) *Ven.* חֲמֵי.

34 דְּקַיְמְתָּ) *V.* וְיַחְבְתָּ *pro Hebræo* נָתַתָּ. *ſic infr. cap. 15. verſ. 4. vbi* נָתַן *ſic redditur. & cap. 8. verſ. 19. libri ſequentis.*

46 וְיִשְׁתְּבוּן שְׁבְיֵהוֹן) *Ven.* וְיִשְׁבוּפוּן שוֹבְיֵהוֹן. *Hebr.* וְשָׁבוּם שִׁבְיָם.

IX.

וְשַׁלִּים) *Ven.* וְשַׁכְלֵל.

X.

1 בְּמַתְלִין) *V. & El.* בְּרוּדָאִין.

11 דְּמָתָא) *V.* דְּאָתָא *non rectè. verùm pro* דְּמָתָא, *puto ſcribendū* דְּמַיְתָא.

XII.

3 בְּכַל קְהָ') *ſcribe* וְכָל *cum V.*

7 וְתִפְלְחָנוֹן) *Repone ex Venet.* וְתִפְלְחָנוֹן.

14 *Scribe* כְּמַלְכָא *cum* כ.

16 מַה לָנָא) *Hîc* מַה *ſignificat* לֹא *vel* לֵית *vt habet Ionathan, teſte R. D. Kimhi. ſic & V.*

32 לְוַת כּוּמְרֵי) *Lege cum Venet.* עַת כּוּמְ'.

8 לְאִתְקְרָסָפָא) *Sic Pagn. et quidã alij; ſed Bahal Ar.* לְאִתְקַרְצָפָא, *teſte Elia; qui dicit per* ס *mendosè ſcribi. V. perperam* לְאִתְקְרַנְפָא *legens* נ *pro* צ.

10 בֵּית) *V.* בְּבֵית.

13 דְּיִמַּלֵּל) *V.* דִּימְתְמַלֵּל.

III.

2 וּפְזֵם) *Malim legere cum Elia in Thisbi* וּפַזִּים *vel* וּפְזֵם. *V.* וַאֲתִיב. *De hac voce vide Præfationem.*

3 דַּאֲמַר) *Alij præponunt* וּמַלְאֲכָא דְּמַמְנֵי עַל עֲבוֹר לֵילְיָא, *vel* דְּמַמְנֵי עַל עֲבוֹר לֵילְיָא *vt quidam codex habet.*

5 וְטַנְפוּן יָתֵ') *V.* וְטַנְנוּן יָתֵ'. *sic Bahal Ar.* וְטִנּוֹנְיָה *verbum deductum à* טִין .*i. Lutũ. q.d. Polluant, coinquinent eum tanquam luto.*

8 לְמִרְבַּר בְּאִתְעֲרוּתְהוֹן) *Potes legere cum V.* לְמִרְבַּר, *vel cum Elia* לְאַרְבַּר .*i. Memorare. quod autem V.* בַּעֲתְאוֹרְתְהוֹן *legat, apertè vides confuſam literarum* א & ע *transpoſitionem. & Elias cæcutire videtur, qui in radice* עתר *ſcribit* בַּעֲתָאוּדְהוֹן. *nullo ſenſu, cùm præcedat* דְּאִטּוֹמִין *vt ipſe legit.*

9 נָשֵׁף שִׁירָה) *V.* נָשֵׁף בּוּרְקָה *pro Hebr.* בַּשֶּׁפוֹ.

15 קוּרְטֵיהוֹן) *Sic & Bahal Ar. fortè à peregrina voce, Court; id eſt, Aulam, palatium ſignificante. teſte Elia, qui cum Ven.* קוּרְטוֹרֵיהוֹן *legit.*

26 שְׁלוֹתִי וְלָא) *Non leguntur in Venet.*

IIII.

10 מְרַהְתִּין) *Ven* מַרְהִיחִין *id eſt, Ebulliunt furore.*

11 לְאַרְיוֹתָא) *Libenter ſcribercm in plurali* לְאַרְיָוָתָא *vel* לְאַרְיָוָן *ex V. editione, in qua legitur* לְאַרְיוֹן. *& paulò pòſt pro* כְּלְטְטַיסָא, *pro quo habet V. in priore interpretatione* לְטָטַיָּא) *legitur in altera,* לְלַיְתָא; *quia in Hebr. eſt* לָבִיא.

12 בִּתְקוֹף) *V.* בִּנְטִיר.

14 וְסִגְעִי) *V. non malè* וְכוּגְעִי.

16 וְקַל סוּגְעִין) *Sic V. ſed Elias cum* א, וְקַל סוּגְאִין. *In Maſ. verò erat* קַלְפוֹנִין, *quam vocẽ verterat noſter Interpres Organa. Nuſquã alibi contigit illam inuenire præterquam in titulo cuiuſdam Pſalmi, idq; in mſ. libri margine.*

20 מְתַמְחִין) *Elias elegantiſſimè* מְשְׁתַּתְּפִין. *V. perperam* וְשִׁתַּפְּפוּן.

V.

13 אִתְטַגְנִינוּ) *Bahal Aruch dicit etiam inueniri cum* צ, אִצְטַגְנִינוּ, *& Elias interpretatur Aſtrologos.*

16 וּמַלְכְתָּא) *V.* וּנְבִילְתָּא *pro Hebræo* וְעִוָּלָתָה.

18 מַכְאָה) *V.* כִּיבָא .*i. Dolorem.*

21 בְּמִיזָקָא) *V.* בְּנִיזָקָא.

Ibid. עֲמָמָא) *V.* עֲנָנָא *Nubes.*

24 מַקְרַשָּׁךְ וְלָא תַנּוּק) *V.* מַשְׁכְּנָךְ תִּינְזוֹק *intranſitiuè, quantum poſſum colligere. q.d. Damno afficieris.*

VI.

4 בִּיעוּתָא דְמִן) *Sic Ven. & El. qui tamẽ* מִן *ſine* ו *legit. vnde videtur*

וסדרון

6 *Poſt* מַלְכְּתָא] *videtur addendum* וְיִתְיְהִיב לָךְ, *ex cap. 7, 2. & 9, 12. vbi eadem verba repetuntur.*

12 *Poſt* מַלְכְּתָא] *non malè poſſet addi ex V.* עִם מַלְכָּא.

VI.

13 *Pro* רַחֲמוֹי] *malim legere* רָחֲמוֹי *vt alibi: vel cum Ven.* רְחִימוֹי. *Et pro* דְּעַרְעָה *ſcribe* דַּעֲרָעָה.

VII.

4 טוּמִין] *Alibi inuenitur* טִימִי *ſingulare. El. & V. legunt* טִימִין *à Græco verbo* θιμὸς. *Et pro* רְוָחָא *Elias legit* רְוָחִין.

Ibid. pro אֲזִנְיָא] *repone* אֲזִנְזָקָא: *vel lege cum Elia* אֲזִנְיָא.

VIII.

2 גְּנִיזָה] *Ven. & El.* גְּנִיסָה *pro Hebr.* בֵּית.

4 תִּגְרָא] *Ven.* תִּגְרָא *vt antè diximus.*

10 *Pro* וְאִסְתְּחֵם] *malim actiuè* וְאַסְתְּחֵם *legere.*

Ibid. pro רְכֵּבִי] *ſcribe* רָכְבֵי; *vel cũ Elia* דְּרָכִיבוּ.

15 וַחֲרִי] *V.* וְחוֹרִי *pro Hebr.* וְחוֹר.

22 *Scribe* וּמַחְנָן *cum* ו *coniunctione.*

X.

3 תְּבַע טַבְ'לְעַמָּא] *Scribe* חֲבַע טַבְ'לְעַמָּה *ex Ven.*

IN LIB. IOB.

Cap. I.

1 אַרְמֵינְיָא] *Ven.* דְּעוּץ *vt eſt in Hebr. quod tamen alibi vertitur à Chaldæo Paraphraſt. per vocem* אַרְמֵינְיָא, *teſte Bahal Aruch.*

Ibid. דְּחִילְאדַיָּי] *Malim cum Ven. legere* דַּחִיל מִן קָדָם יְ. *ſic infr. verſ. 8. & cap. 2. verſ. 3.*

5 וְאַרְגִּיזוּ קָדָם] *& c.* וְלָא צַלּוּ בְשְׁמָ'. *ſic infr. verſ. 11. pro* יְרַגְּזָנָךְ. *V. habet* יְצַלֵּי. *vt etiam infrà cap. 2. verſ. 5. legitur in Maſ.*

6 *In fine* לְמֵקָם קָדָ' יְחָוֵה] *non leguntur in V. & certè videntur ſuperflua, cùm eadem verba priùs in eodem verſu legantur.*

7 *Hunc verſum cõfer cum cap. 2. ver. 2. nam pro* וּלְמֵיזַל *malim legere* וּמְלֵמֵיזַל.

14 וְעַזְגָּר] *Cũ* ע, *vt teſtatur Baal Aruch inueniri in Tharg. Ieroſ. ſed V. & El. legunt cum* א, וַאֲזָגָר.

21 וְכִדְמִתְנַכְּבִ] *V.* וּבֵית דִּינֵהּ נָסִיב *pro Hebr.* וַיַּ' לַקַּח.

22 הַרַר מְלֵי מְטָחָא] *Bahal Aruch* מְסַדַּר מְלֵי מְטָחָא. *Ven. legit* מְסַדַּר *in Benoni. ſed pro* מְטָחָא *habet* מֵיחַטֵּי *minùs rectè. pro Hebr.* נָתַן תִּפְלָה.

II.

2 *Vltimum hemiſtichium ſupr. cap. 1. verſ. 7. eo modo quo hîc legitur in Venet.*

3 מְתוֹקֵף] *Sic ferè vbiq. Maſianũ. V.* מְתַקֵּף. *vide infr. verſ. 9. & cap. 8.*

5 וּלְנַפְשֵׁהּ) *Lege cũ V.* וּלְבִשְׂרֵהּ *niſi* נַפְשׁ *pro Corpore hîc accipias.*

7 מִן פִּרִיסַת) *V.* מִפַּרְסַת.

IN III. TOMVM.

Ex Maſiano exemplari.

IN ESTHER.

CAP. I.

6 מְטַבְּסִין] *Deducitur à verbo* טַבֵּס *Ordino, adapto. Elias dicit habere ſignificationẽ Ornamenti. q. d. Aptiſſimè compoſitis.*

Ibid. עִלְוִי מַרְמְרִין] *In alijs interſeritur* עַמּוּדֵי, *quæ lectio optimè quadrabit. Et pro* עַרְסָא דְמַלְתָ'] *lego cum alijs* עַרְמָן; *vbi* מְלָתִין *non ſignificat Aceruos, ſed Melotas, iuxta illud Gen. 49, 11.*

Item pro שְׁרֵין שְׁנוּי כְבְ'] *Malim legere cum alijs* שְׁרֵין עַל סְטָוֵי כְבְ' *id eſt, Inſidẽtes ſuper pedem colũnæ.*

Et pro Filorũ perplexionibus] *repono, Pario lapide, vt vox Heb. ſatis indicat. Eſt enim lapis, teſte R. D. Kimhi, precioſus, quem dicunt inueniri* בכרכי חום *in munitionibus maris.*

13 *Ante* חֲזֵכְרִין] *adde ex Venet.* אֲרוֹם. *ſic verſ. 16.* בָּל *ante vocem* רַבְרְבָנַיָּא.

22 מְסַרְכָן] *Videtur à* סָרַךְ *deduci. Ven.* מְסַרְבָן.

II.

14 *Scribe* מַטְרוֹנִיָתָא *in plurali.*

21 כְּנַסוּ] *Elias & quidam alius codex legunt (iuxta illud Dan. 2.* בְּנַס) בְּנַסוּ *id eſt, Irati ſunt.*

Ibidem pro פְּלְטִירָא] *Ven. & Elias habent in ſingulari* פְּלָטִירָא. *ſic cap. 4. verſ. 2.*

III.

4 *Pro* הֵיתַקְּמוּן] *repone* חֲיִתְקַמוּן

6 *Poſt* וְיהוֹדַאי] *adde ex Ven. & ex verſione* דִּי בְכָל מַלְכוּת אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ *illa enim leguntur in Hebræo. ſic verſu ſequenti poſt* עַרְבָא] *adde* קֳדָם הָמָן. *& in verſione poſt, ſortem, adde, coram Aman.*

12 *Poſt* מַלְכָּא *addenda cenſeo ex Ven.* וְלוֹת חִיפַּרְכִין דְּמִתְמַנַּן אַרְכוּבִין עַל בָּל פְּלְכַיָּא וּפְלְכַיָּא וְלוֹת רַבְ'] *pro Hebr.* וְאֶל-חַפָּחוֹת אֲשֶׁר עַל מְדִינָה וּמְדִינָה.

13 *Poſt* לְשֵׁיצָאָה] *adde ex Ven.* וּלְחַטָּלָא, *quia in Hebr. eſt* לַהֲרֹג.

Ibid. alterũ בְּיוֹמָא *videtur ociosum, nec etiam legitur in V.*

IIII.

2 עַד פַּלְטִירָא] *Melius V.* עַד קֳדָם תְּרַע פַּלְטִירָא *Coram porta palatij.*

3 *Pro* דִּינָא] *non malè poſſet ſubſtitui* דִּינֵיהּ *ex Ven.*

5 *Poſt* לַהֲתָךְ] *adde ex ſecundo Tharg. Eſther* מְסָרְיֵי מַלְכָּא לַהֲתָךְ (*vel potiùs* רַבָּנֵי*) דִּי חֵוֵה קָאֵים קֳדָמָהָא] *vt verba Hebraica explicentur,* לַהֲתָךְ מְסָרְיֵי חַמְלָךְ אֲשֶׁר הֶעֱמִיד לְפָנָיהָ.

Cap. xvi.

1. δὲ καὶ εἰς
7. Ελθόντες δὲκατὰ τὸ πνεῦμα τοῦ ἰησοῦ.
17. ὑμῖν
35. γενομένης συνῆλθον οἱ στρατηγοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἰς τὴν ἀγορὰν. καὶ ἀναμνηθέντες τὸν σεισμὸν τὸν γεγονότα, ἐφοβήθησαν, καὶ ἀπέστειλαν τοὺς ῥαβδούχους εἰπόντες χθὲς παρέκαλες
39. καὶ προσελθόντες μετὰ φίλων πολλῶν εἰς τὴν φυλακὴν, παρεκάλεσαν αὐτοὺς ἐξελθεῖν, εἰπόντες, Ηγνοήσαμεν τὰ καθ' ὑμᾶς ὅτι ἐστὲ ἄνδρες δίκαιοι. καὶ ἐξαγαγόντες, παρεκάλεσαν αὐτοὺς, λέγοντες, Εκ τῆς πόλεως ταύτης ἐξέλθετε, μήποτε πάλιν συστραφῶσιν ὑμῖν, ἐπικαλοῦντες καθ' ὑμῶν.
40. τοὺς ἀδελφοὺς, διηγήσαντο ὅσα ἐποίησε κύριος αὐτοῖς προσκαλέσαντες αὐτούς.

Cap. xvij.

25. καὶ τὰ πάντα·

Cap. xviij.

5. εἶναι τὸν
11. Εκάθισέτε ἐν κορίνθῳ ἐνιαυτὸν

Cap. xix.

5. ἰησοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.
9. ὁδὸν τοῦ θεοῦ
τινὸς ἀφ' ὥρας πέμπτης ἕως δεκάτης.
13 καὶ ἀπὸ τῆς
ὑμᾶς διὰ τὸν
28. θυμοῦ δεσμόντες εἰς τὸ ἀμφοδον, ἔκραζον
39. περαιτέρω ἐπιζητεῖτε,

Cap. xx.

4. σώπατρος πύῤῥου
7. συνηγμένων ἡμῶν τοῦ κλάσαι
8. ἧν ἡμῖν
18. πρὸς αὐτὸν ὁμοθυμαδὸν,
Υμεῖς ἀδελφοὶ ἐπίστασθε
23. διαμαρτύρεταί μοι,
μηύουσιν ἐν ἱερουσαλύμοις.
24. διαμαρτύρασθαι ἰουδαίοις καὶ ἕλλησι τὸ
16. πάντων ὑμῶν.
31. ἕκαστον ὑμῶν.

Cap. xxi.

8. ἐξελθόντες ἤλθομεν εἰς
13. παῦλος καὶ εἶπε,
15. ἐπισκευασάμενοι
16. καὶ τινες τῶν
21. τοῖς ἔθεσι τοῖς παραδώσουσι περιπατεῖν.
23. εἰσὶν ἐν ἡμῖν

Cap. xxij.

12. καθεικόντων ἐν δαμασκῷ
20. πρωτομάρτυρός σου,
23. αὐτῶν ἐπιπλεῖον καὶ
25. προσέτειναν
τὸ ἱμᾶσι τα
30. κατηγορεῖτο

Cap. xxiij.

1. τῷ ὥρας.
9. ἀναστάντες τινὲς τῶν γραμματέων
23. στρατιώτας ἑκατὸν ὁπλίτας διακοσίους,

Cap. xxiiij.

1. μετὰ τινων
3. Πάντοτε
7. ἀπήγαγε, καὶ κατὰ σὲ ἀπέστειλε.
8. παρ' ὧν
9. Συνεπέθεντο
10. κρείττω δίκαιον
13. δύνανταί σοι
14. τοῖς ἐν τοῖς προφήταις
16. δὲ καὶ αὐτὸς ἔχων
23. ἀκριβέστερον διαγνώσομαι

Cap. xxv.

2. οἱ ἀρχιερεῖς
3. παρ' αὐτοῦ
5. ἐστὶν ἄτοπον
6. ἡμέρας ὀκτὼ ἢ πλείους
15. καταδίκην.
21. ἀναπέμψω
26. τῷ κυρίῳ μου τὶ γράψω.

Cap. xxvi.

6. τὰς πατέρας ἡμῶν
17. λαοῦ τῶν ἰουδαίων
20. τὸν ζῶντα θεὸν,

Cap. xxvij.

1. παραδίδου
2. πλεῖν κατὰ τὰς
5. κατήχθημεν εἰς
22. εὐθυμίας
23. μεταλαβεῖν τινὸς ἕξεως,

Cap. xxviij.

1. διασωθέντες οἱ περὶ τὸν παῦλον ἐκ τοῦ πλοὸς,
14. παρεκλήθημεν ἐπὶ μετρίως

AD ROMANOS.

Cap. i.

9. γάρ μοι

Cap. ij.

5. κατὰ δικαιοκρισίας
17. Εἰ δὲ

Cap. iij.

26. ἰησοῦ.
28. Λογιζόμεθα γὰρ πίστει
31. νόμον συνιστάνομεν.

Cap. iiij.

1. τὸν προπάτορα
15. ἔστι δὲ
25. δικαιοσυνίαν ἡμῶν.

Cap. v.

11. καυχώμεθα
17. τοῦ δωρεὰν

Cap. vi.

3. ἀγνοεῖτε ἀδελφοὶ
12. ὑπακούειν αὐτῇ
15. τί οὖν ἐροῦμεν;

Cap. vij.

4. ὑμᾶς ἀνδρὶ ἑτέρῳ
7. ὅτι ὁ νόμος
25. χάρις δὲ τῷ

Cap. viij.

15. διὰ τοῦ πνεύματος
18. Λογίζομαι δὲ
28. Οἴδαμεν γὰρ
37. ἡμᾶς χριστοῦ.

Cap. x.

1. ἐστὶν αὐτῶν ἔστιν
8. λέγει ἡ γραφή;

Cap. xi.

7. ὃ ἐπεζήτει

13. Υμῖν

IOANNIS III.

Cap. i.

4. χάειν
7. τῦ ὀνόμαΤος ἀυτῦ
10. καὶ τὲς ὑπδεχομένους

IVDÆ.

Cap. i.

1. ἠγαπημένοις,
3. κοινῆς ὑμῶν σωτηρίας,
5. εἰδότας πάντα, ὅτι κύριος ἅπαξ λαὸν
12. σπιλάδες συνευωχούμενοι ὑμῖν,
13. ἀπαφρίζοντα
14. ἁγίων ἀγγέλων αὐτοῦ,
15. σκληρῶν λόγων ὧν
16. τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν πορευόμενοι τῇ ἀσεβείᾳ καὶ τῇ ὑπερηφανομίᾳ,
18. ἐλεύσονται ἐμπαῖκται,
19. ἀποδιορίζοντες ἑαυτὲς,
22. ἐλέγχετε διακεκριμένους,
23. ἁρπάζοντες, οὓς δὲ ἐλεεῖτε ἐν φόβῳ, μισοῦντες
24. καὶ ἀπτίλους στῆσαι
25. τῷ διὰ ἰησοῦ χριστοῦ τῦ κυρίου ἡμῶν ἐξουσία πρὸ παντὸς αἰῶνος,

APOCALYPSIS.

Cap. i.

2. εἶδε ἃ τινά εἰσι, καὶ ἃ χρὴ γενέσθαι μετὰ ταῦτα
9. ὑπομονῇ ἐν χριστῷ ἰησοῦ,
11. ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις
12. ἐπέστρεψα ἐκεῖ βλέπειν
19. γράψον οὖν ἃ

Cap. ij.

7. τῷ θεῷ μου.
14. ὃς ἐδίδαξε τὸν βαλὰκ
16. μετανόησον οὖν.
20. τὴν γυναῖκά σου
21. ἃ θέλει μετανοῆσαι.
27. συντριβήσε),

Cap. iij.

1. τὰ ἑπτὰ πνεύματα
2. ἃ ἤμελλες ἀποβάλλειν τοῦ θεοῦ μου.
4. Αλλὰ ἔχεις
7. κλείει, εἰ μὴ ὁ ἀνοίγων,
18. ἵνα ἐγχρίσῃς τὺς

Cap. iiij.

3. σαρδίῳ
6. θρόνου ὡς θάλασσα
8. καθ' ἓν αὐτῶν ἔχοι ἄμος nouies
11. εἶ ὁ κύριος καὶ ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἅγιος λαβεῖν

Cap. v.

6. ἃ εἰσι
10. ἐποίησας αὐτὺς τῷ βασιλεύσουσιν
11. πρεσβυτέρων· καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες μυριάδων,
14. ζῶα λέγοντα

Cap. vi.

1. εἶδον ὅτι τῶν ἑπτὰ σφραγίδων,
8. ἐδόθη αὐτῷ
9. μαρτυρίαν τῦ ἀρνίου
12. σελήνη ὅλη ἐγένετο

Cap. vij.

2. ἀναβαίνοντα
10. τῷ θεῷ ἡμῶν τῷ καθημένῳ
11. τῦ θρόνου αὐτῦ
14. κυρίε μου ἐλεύκαναν αὐτὰς

Cap. viij.

7. μεμιγμένα ἐν αἵματι τρίτον τῆς γῆς κατεκάη, καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων
11. τρίτον τῶν ὑδάτων εἰς

Cap. ix.

2. καπνοῦ καιομένης.
7. στέφανοι χρυσοῖ,
11. ἔχουσαν
16. τοῦ ἵππου, μυριάδες
18. τριῶν πληγῶν τούτων
19. εἰσιν, καὶ ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν.

Cap. x.

5. χεῖρα αὐτῦ τὴν δεξιὰν

Cap. xi.

1. ῥάβδῳ, καὶ εἰστήκει ὁ ἄγγελος λέγων
2. τὴν ἔξωθεν
4. τῦ κυρίου τῆς
8. ὁ κύριος αὐτῶν
13. ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ
16. ἐνώπιον τῦ θρόνου τῦ θεοῦ

Cap. xij.

2. ἔκραζεν
12. οὐαὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θαλάσσῃ,
14. ὅπως τρέφηται

Cap. xiij.

1. ὀνόματα
5. ἐξουσία πόλεμον ποιῆσαι
7. φυλὴν καὶ λαὸν καὶ γλῶσσαν
14. τὺς ἐμὺς τὺς κατοικοῦντας

Cap. xiiij.

1. ὄνομα αὐτῦ, καὶ τὸ ὄνομα τῦ
2. ἤκουσα ὡς κιθαρῳδῶν
4. ἐστι τοῦ ἰησοῦ ἠγοράσθησαν
7. φοβήθητε τὸν κύριον
8. ἄγγελος δεύτερος
9. καὶ ἄλλος ἄγγελος τρίτος
18. βότρυας τῆς ἀμπέλου τῆς

Cap. xv.

3. τῶν ἐθνῶν.
4. μόνος ἅγιος,
6. ἐκ τοῦ ναοῦ,

Cap. xvi.

1. τὰς ἑπτὰ φιάλας
21. πληγὴ αὐτῦ σφοδρα.

Cap. xvij.

1. εἷς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων
5. τῶν πόρνων
8. καὶ παρέσται.
13. θηρίῳ διδόασιν.

Cap. xviij.

1. εἶδον ἄλλον ἄγγελον
5. ἐκολλήθησαν
11. κλαύσουσι καὶ πενθήσουσιν
14. λαμπρὰ ἀπώλοντο ἀπὸ
17. τῶν πλοίων πλέων
20. ἅγιοι, καὶ οἱ ἀπόστολοι

Cap. xix.

1. ἤκουσα ὡς φωνὴν
6. λεγόντων θεὸς ἡμῶν ὁ
14. στρατεύματα τὰ ἐν
15. ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα
17. δεῖπνον τὸ μέγα

Cap. xx.

2. σατανᾶς ὁ πλανῶν τὸν οἰκουμένην ὅλην.
3. καὶ ἔδησεν αὐτὸν,
6. βασιλεύσουσι μετ' αὐτῦ
12. τῦ θρόνυ τῦ θεῦ

Cap. xxi.

3. λαὸς αὐτῦ
6. ἐγὼ γένομαι
8. ἀπίστοις καὶ ἁμαρτωλοῖς καὶ ἐβδελυγμένοις φαρμακοῖς
21. ὕαλος διαυγής.
27. κοινὸν

Cap. xxij.

3. πᾶν κατάθεμα
6. τῶν πνευμάτων τῶν προφητῶν
7. καὶ ἰδοὺ
11. δίκαιος δικαιοσύνην ποιησάτω
18. Μαρτυρῶ ἐγὼ ὅπιθήσαι ὁ θεὸς
19. ἀφέλοι ὁ θεὸς
21. πάντων τῶν ἁγίων ὑμῶν.

FINIS.

AD TIMOTHEVM I.

Cap. i.

1. θεῦ πατρὸς, καὶ χριστοῦ ἐλπίδος ἡμῶν κυρίου
12. ἐνδυναμοῦντί με

Cap. ij.

6. τὸ μυστήριον

Cap. iij.

16. ὤφθη ἀνθρώποις

Cap. iiij.

1. πλάνης

Cap. vi.

15. δείξει ἡμῖν ὁ μακάριος
19. τῆς ὄντως ζωῆς.

AD TIMOTHEVM II.

Cap. i.

12. τὴν παραθήκην μου

Cap. ij.

13. ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν
19. ὄνομα κυρίου.
22. μετὰ τῶν

Cap. iiij.

2. τὸν λόγον τοῦ θεοῦ,
3. τῆς εὐσεβείας πίστεως καὶ διδασκαλίας
14. ἀποδώσει

AD TITVM.

Cap. i.

7. μὴ αἰσχροκερδῆ.

Cap. ij.

5. τοῦ θεοῦ καὶ ἡ διδασκαλία βλασφημῆται.
10. ἐν τοῖς ἀνθρώποις.

AD PHILEMONEM.

Cap. i.

6. τοῦ ἔργου ἀγαθοῦ

AD HEBRÆOS.

Cap. ij.

6. ὃς οἶκος
10. γενεᾷ ταύτῃ,

Cap. iiij.

1. ἐξ ἡμῶν
7. τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν τῇ παραπικρασμῷ.
8. αὐτὸς

Cap. v.

3. διὰ ταῦτα

Cap. viij.

11. διδάξωσιν ἕκαστος τὸν πολίτην

Cap. ix.

9. τὰ ἐνεστηκότα καθέστηκε,
10. δικαιώματα
14. σωτείδησιν ἡμῶν
15. λάβωσιν οἱ κληρονόμοι τῆς αἰωνίου ζωῆς.

Cap. x.

1. εἰς ἔτος δυνῶν)
2. Ἐπεὶ καὶ
6. ἐκ ἐζήτησας.
10. ἐσμὲν διὰ
11. ἀρχιερεὺς
27. μέλλων
34. ἔχειν ἑαυτὰς vel ἑαυτοῖς

Cap. xi.

4. ἔτι λαλεῖ.
5. οὐχ εὑρίσκε),
11. σάρρα στεῖρα ἔσα δυνάμιν
29. κατεποντίσθησαν.

Cap. xij.

1. ἀπερίστατον ἁμαρτίαν
3. Ἀναλογίσασθε οὖν τὸ
26. σείσω
28. ἔχομεν χάριν δι' ἧς λατρεύομεν

Cap. xiij.

15. ἀναφέρομεν

IACOBI.

Cap. i.

18. Βουληθεὶς ἀπεκύησεν
22. ποιηταὶ νόμου,
25. ἐπιλήσμων

Cap. ij.

18. χωρὶς τῶν ἔργων σου
25. τὰς κατασκόπους,

Cap. iij.

3. Εἰ δὲ
6. ὁ γλυκέως ἡμῶν,
8. ἀκατάστατον

Cap. iiij.

11. οὐκέτι εἶ ποιητὴς
12. νομοθέτης καὶ κριτὴς,
σὺ δέ τις
13. πορευσόμεθα & ποιήσομεν & ἐμπορευσόμεθα & κερδήσομεν
15. ποιήσομεν
16. κατακαυχᾶσθε

Cap. v.

1. ἐπερχομέναις ὑμῖν.
7. ἀδελφοί μου,
8. μακροθυμήσατε οὖν καὶ
11. ὑπομείναντας
πολυσπλαγχνος
12. ἤτω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν
μὴ ὑπὸ κρίσιν
16. Ἐξομολογεῖσθε οὖν ἀλλήλοις
19. Ἀδελφοί μου,
τις ὁδοῦ τις ἀληθείας
20. ψυχὴν αὐτοῦ

PETRI I.

Cap. i.

2. Κατὰ προγνῶσιν
3. ἐλπίδα ζωῆς
8. ὃν ἰδόντες
16. ἔσεσθε,
24. δόξα αὐτῆς ὡς

Cap. ij.

2. αὐξηθῆτε εἰς σωτηρίαν,
11. Ἀδελφοὶ,
15. ἀγαθοποιοῦντας ὑμᾶς φιμοῦν
19. χάρις συνειδὸς θεοῦ,
20. κολαζόμενοι
21. ἀπέθανεν ὑπὲρ ὑμῶν, ὑμῖν ὑπολιμπάνων

Cap. iij.

7. συγκληρονόμοις χάριτος ποικίλης
ζωῆς, ἐγκόπτεσθε
13. ζηλωταὶ γένησθε;
15. τὸν χριστὸν
16. Ἀλλὰ μετὰ
ἔχοντες ἀγαθὴν,
18. περὶ ἁμαρτιῶν ἀπέθανε,
19. ἐν φυλακῇ κατακεκλεισμένοις
20. ὅτε ἀπεξεδέχετο
ὀλίγοι

Cap. iiij.

10. καλοὶ κληρονόμοι
14. τῆς δόξης καὶ δυνάμεως
16. τῷ ὀνόματι τούτῳ.

Cap. v.

1. Πρεσβυτέρους οὖν τοὺς
2. ἑκουσίως κατὰ θεὸν
3. κατακυριεύειν
14. φιλήματι ἀγίῳ.

PETRI II.

Cap. i.

1. τοῦ κυρίου ἡμῶν
4. ἐπιθυμίας καὶ φθορᾶς.
10. σπουδάσατε διὰ τῶν καλῶν ἔργων βεβαίαν
11. τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν
12. οὐ μελλήσω

Cap. ij.

2. ταῖς ἀσελγείαις
4. κρίσιν κολαζομένους τηρεῖν.
8. ἀνόμοις ἔργοις
16. παραφροσύνην
17. ὁμίχλαι ὑπὸ
18. ἀσελγείας τοὺς ὀλίγους
21. ὁδὸν τῆς ἀληθείας,
ὑποστρέψαι εἰς τὰ ὀπίσω

Cap. iij.

7. τῇ τοῦ αὐτοῦ λόγῳ
8. ἀδελφοὶ,
10. θερμοὶ μὴν ῥοιζηδὸν
14. ἄμωμοι
18. χριστοῦ καὶ θεοῦ παρρός.
νυν καὶ εἰς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

IOANNIS I.

Cap. i.

2. ἐφανερώθη ἐν ἡμῖν
5. ἡ ἀγγελία

Cap. ij.

4. ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ
7. Ἀγαπητοὶ,
14. Ἔγραψα
23. ἔχει. ὁ ὁμολογῶν τὸν υἱὸν, καὶ τὸν πατέρα ἔχει.
27. ἐν ὑμῖν μενέτω,
τὸ αὐτοῦ χρίσμα
μένετε ἐν αὐτῷ

Cap. iij.

11. ἡ ἐπαγγελία
16. ἀγάπην τοῦ θεοῦ,

Cap. iiij.

3. ἀνηκόαμεν
8. ἀγαπῶν, ὅτι τοῦ θεοῦ ἐκ ἔστιν, ὅτι
9. Ὅτι ἐν
19. Ἡμεῖς οὖν ἀγαπῶμεν

Cap. v.

5. τίς δέ ἐστιν
6. ὕδατος καὶ πνεύματος
ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πνεύματι
10. τὴν μαρτυρίαν τοῦ θεοῦ
πιστεύων τῷ υἱῷ,
12. τοῦ υἱὸν τοῦ θεοῦ,
20. ἀληθινὸν θεόν.
21. τεκνία μου,

IOANNIS II.

Cap. i.

5. γράφων
7. ἐν σαρκί. εἴτις ἐκ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν χριστὸν ἐν σαρκὶ,
8. ἀπολέσητε & εἰργάσασθε & ἀπολάβητε
12. ἡ χαρὰ ὑμῶν

AD LECTOREM.

IN his lectionibus colligendis hoc à nobis obſeruatum eſt, vt, poſteaquam eas adiumento lectoribus eſſe, non impedimento cupiebamus, eas ferè ſcripturas omnes, quæ vel idem prorſus valerent, vt cùm ἐποίει pro ἐποίησε Luc. iij. ſcriptum fuerat; vel errata duntaxat eſſent typographica, vt cùm ὑωπιάζω pro ὑπωπιάζω 1. Corinth. ix. erat annotatum; vel etiam gloſſæ meræ eſſent, vt cùm προσέταξεν pro συνέταξεν Matth. xxvi. fuerat poſitum; plerunque omitteremus, cùm præſertim aliunde quoque peti illæ poſſent: reliquas autem quanta & poteramus, & debebamus fide atque diligentia colligeremus. Ad id autem perficiendum quoniam vulgatæ editionis exemplari Græco certis de cauſis vſi ſumus, quod etiam cum Complutenſi codice inter alios fuerat collatum; ſi hac re nonnunquam continget, vt varia lectio heic annotata in Complutenſi contextu reperiatur: id ad eum confirmandum valere, poſtquam cæteris lectionibus ea fuit prælata, prudens Lector intelliget. Quæ itidem omnia Catholicæ Romanæ Eccleſiæ iudicio cenſuræque ſubmittimus.

Hunc variarum lectionum in Græcis Bibliis libellum à GVLIELMO CANTERO concinnatum ad ſacræ Scripturæ ſtudioſorum vtilitatem imprimi poſſe nos infraſcripti cenſemus. Louanij XIII. Calend. Decemb. Anno CIↃ. IↃ. LXXI.

Auguſtinus Hunnæus.

Cornelius Reyneri Goudanus.

Johannes Harlemius.

ILLVSTRISS. D. SIRLETI S. R. E. CARDINALIS, ANNOTATIONES VARIARVM LECTIONVM IN PSALMOS, AD SACRI BIBLIORVM APPARATVS INSTRVCTIONEM.

IN LIBRIS vulgatis inſcriptio Pſalmi ſecundi eſt ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ſed in exemplari Vaticanæ bibliothecæ nulla eſt inſcriptio, neque apud Hilarium Pittauenſem Epiſcopum, neque apud Ioannem Chryſoſtomum inuenimus inſcriptum eſſe hunc Pſalmum, quemadmodum neque Euſebius Cæſarienſis habuit inſcriptionem. Theodoritus Cyri annotat Pſalmum hunc ἀνεπίγραφον eſſe apud Hebręos. Conuenit cum his omnibus & beatus Auguſtinus. Melius igitur in Vaticano exemplari legitur ſine inſcriptione, quàm in Complutenſi in quo eſt inſcriptio ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Verſ. 9. Quod legitur in vulgatis libris, ὡς σκεύη κεραμέως, in Vaticano eſt, ὡς σκεῦος κεραμέως: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *vt vas figuli*. Alij habent in numero multitudinis. Sed verior lectio eſt illa, ὡς σκεῦος, quippe quæ conuenit cum Hebræo, & cum noſtra vulgata editione. Sic legit beatus Hilarius, ſanctus & grauis Doctor, quemadmodum & beatus Auguſtinus. In Complutenſi legitur ὡς σκεύη, quam lectionem habuit Euſebius Cæſar. & Theodoritus Cyri.

PSAL. III. verſ. 5. quod legitur, ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην, in Vaticano libro eſt, ἐγὼ ἐκοιμήθην, quam lectionem ſecutus Interpres vertit: *ego dormiui*. Sic legit Euſebius Cæſar. & Theodoritus Cyri. In Complutenſi legitur, ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην. ſed melius in Vaticano exemplari quod non habet coniunctionem illam, δὲ, ſicut neque in Hebræo legitur.

In eodem Pſalmo vulgati libri habent ἐξηγέρθην ὅτι κύριος ἀντιλήψεταί μου. ſed Vaticanus habet, καὶ ἐξηγέρθην ὅτι κύριος ἀντιλήψατό μου, quæ lectio conuenit cum noſtra vulgata editione, in qua legitur, *Et exurrexi, quoniam Dominus ſuſcepit me*. Complutenſis habet ἐξηγέρθην, ὅτι κύριος ἀντιλήψεταί μου.

INSCRIPTIO quarti Pſalmi eſt in libris impreſſis, εἰς τέλος ἐν ὕμνοις ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ. Vaticanus noſter habet, εἰς τὸ τέλος ἐν ψαλμοῖς ᾠδὴ τῷ Δαβὶδ: ſic & Euſebius Cæſ. in ſuis Comment. Theodoritus legit εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ᾠδὴ τῷ Δαβὶδ. hanc inſcriptionẽ ſequitur beatus Auguſtinus, vt apparet in quarti Pſalmi enarratione.

PSAL. V. verſ. 4. legitur in Complutenſi τὸ πρωῒ προσεύξομαί σοι καὶ ἐπόψει με. in Vaticano exemplari τὸ πρωῒ προσεύξομαι σοι καὶ ἐπόψομαι. Sic habet & beatus Hieronymus in editione LXX. hanc lectionem ſecutus Interpres vertit, *Mane adſtabo tibi & videbo*. Theodoritus legit, ἐπόψῃ με, ſed veriorem putamus lectionem ἐπόψομαι, quæ & conuenit cum Hebræo.

Eod. Pſal. verſ. 9. quod habent vulgati libri κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου: in Vaticano legitur κατεύθυνον ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου. quam lectionem vt à LXX. Interpretibus editam approbat ſanctus Hieronymus: Theodoritus ſequitur, & interpretatur ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου, quemadmodum & Interpres videtur legiſſe, & ſanctus Auguſtinus. Sic enim habet, *Dirige in conſpectu tuo iter meum*. Complutenſis conuenit cum vulgata. In Vaticano libro legimus ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου, quod conuenit cum Hebræo.

PSAL. VI. verſ. 8. & 9. in vulgatis eſt ἤκουσε κύριος: in Vaticano εἰσήκουσε κύριος. Sic habet Theodoritus Cyri; ſic & Interpres habuit, itaque vertit, *Exaudiuit Dominus*.

Verſ. 10: Αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν πάντες οἱ ἐχθροὶ, In Vaticano legitur Αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν σφόδρα πάντες οἱ ἐχθροί μου. quam lectionem videtur ſecutus Interpres: itaque vertit, *Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei*. Sanctus Doctor Hieronymus fatetur in editione vulgata nõ haberi vocẽ illam *vehementer*, ſed tamen ab omnibus Interpretibus verſum fuiſſe σφόδρα; quod in Hebręo legitur.

PSAL. IX. verſ. 7. in Complutẽſi, & vulgata Græca lectione habetur, ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτῶν· ſed in Vaticano exemplari legitur, ἀπωλέτω τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. quam lectionem ſecutus eſt Interpres, & in Hebræo etiam habetur in numero multitudinis.

In eodem Pſalmo verſ. 9. vulgata editio Græca impreſſa habet, ἐν δικαιοσύνῃ ἐν θλίψει. Sic & in Complutenſi legitur. Sed in Vaticano libro inuenimus ἐν δικαιοσύναις ἐν θλίψῃ. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *In opportunitatibus, in tribulatione*. In Hebræo etiam legitur in numero ſingulari.

Item verſ. 15. quod legitur in libro impreſſo & Complutenſi ἀγαλλιασόμεθα ὅτι τῷ σωτηρίῳ σου, In Vaticano eſt, ἀγαλλιάσομαι ὅτι τῷ σωτηρίῳ σου, quemadmodum & Interpres videtur legiſſe. Et in Hebræo habetur in numero ſingulari.

Item verſ. 1. Pſalmi decimi ſecũdùm Hebræos, impreſſus liber habet, ὑπεροράς ἐν δικαιοσύναις ἐν θλίψει: ſed in Vaticano eſt ὑπεροράς ἐν δικαιοσύναις ἐν θλίψῃ. quemadmodum & Interpres legit, & in Hebræo habetur.

In eodem verſ. 12. impreſſus liber habet, ἀνάστηθι κύριε ὁ θεός μου. ſic & Complutenſis. In Vaticano eſt ἀνάστηθι κύριε ὁ θεὸς, quemadmodum & Interpres habet, & Hebræa lectio.

Quod in eodem propè verſu legitur in vulgata lectione, τῆς πενήτων σου εἰς τέλος, In Vaticano non leguntur hæc verba, σοῦ εἰς τέλος, neque in Hebræo. bene igitur Interpres conuertit hæc, μὴ ἐπιλάθῃ τῆς πενήτων. ne obliuiſcaris pauperum. In Complutenſi leguntur etiam illa, σοῦ εἰς τέλος.

Paulò pòſt verſ. 14. impreſſus habet, τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν. ſed in Vaticano legitur τοῦ παραδοῦναι αὐτούς. quæ verba Interpres conuertit, *Vt tradas eos*. Complutenſis habet, τοῦ παραδοῦναι αὐτόν.

Item illud verſ. 16. κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, in Vaticano legitur, κύριος βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Dominus regnabit in æternum*. Ita legit & ſanctus Auguſtinus.

QVOD in extremo verſu Pſalmi 10. legitur δικαιοσύνης εἶδε, in Vaticano eſt δικαιοσύνη εἶδε, quemadmodum & Interpres legit. Sic habet & Clemens Alexandrinus in Stromate VI. Sic & ſanctus Auguſtinus, & Theodoritus. in Hebræo etiam habetur in numero ſingulari. In Complutenſi legitur δικαιοσύνας εἶδε.

PSAL. XI. verſ. 2. lectio impreſſa habet ἐν καρδίᾳ ἐλάλησε καὰ: in Vaticano legimus ἐν καρδίᾳ ἐλάλησαν. ſic & Interpres habuit, ſic & beatus Auguſtinus, & Theodoritus. in Complutenſi legitur ſicut in vulgato libro impreſſo.

Item verſ. 3. in aliquibus libris impreſſis legitur, καὶ γλῶσσαν μεγαλορρήμονα, in Vaticano legitur ſine coniunctione illa καὶ, ſicut & in Complutenſi, in Hebræo, in ſancto Auguſtino, & in vulgata noſtra editione.

Paulò pòſt verſ. 4. τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστιν: in Vaticano legitur τὰ χείλη ἡμῶν ἀπὸ ἡμῶν ἐστὶ. quam lectionem

ctionem ſecutus Interpres vertit, *Labia noſtra à nobis ſunt*. In Complutenſi habetur, παρ' ἡμῖν, quemadmodum & beatus Auguſtinus videtur legiſſe. habet enim, *Labia noſtra apud nos ſunt*. Quę lectio videtur etiam magis cum Hebræo conuenire.

Prope finem verſ. 8. legitur καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, in Vaticano habetur ſine cõiunctione illa καὶ, ſic & in Hebręo.

PSAL. XII. verſ. 3. impreſſus liber habet, ἐν καρδίᾳ μου ἡμέρας καὶ νυκτὸς. in Vaticano legitur ἐν καρδίᾳ μου ἡμέρας, quemadmodum & in Hebræo. Interpres ſic legit.

PSAL. XIII. verſ. 4. quod legitur, οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου, in Vaticano habetur, οἱ κατεσθίοντες τὸν λαόν μου. Ita videtur legiſſe & Interpres.

QVARTI DECIMI Pſalmi inſcriptio eſt in libris impreſſis, εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ſed in Vaticano legitur tantùm ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, *Pſalmus Dauid*. Sic eſt & apud beatum Auguſtinum, & ſanctum Hieronymum, neque in Hebræo quicquam amplius habetur.

PSAL. XV. verſ. 3. in libris impreſſis legitur ἐθαυμάσωσεν ὁ κύριος πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ, in Vaticano autẽ eſt, ἐθαυμάσωσε πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ, neq. in Hebræo legitur vox illa, *Dominus*, ſic & Interpres habuit.

PSAL. XVI. verſ. 2. οἱ ὀφθαλμοί μου ἰδέτωσαν δικαιότητας, in impreſſo libro & Complutenſi. ſed in Vaticano legitur, οἱ ὀφθαλμοί σου ἰδέτωσαν δικαιότητας. ſic habuit Interpres, & eſt in Hebræo.

Item in verſ. 8. φύλαξόν με κύριε ὡς κόρην, in Vaticano legitur φύλαξόν με ὡς κόρην, ſic habuit Interpres, ſic eſt & in Hebræo.

PSAL. XVII. verſ. 3. κέρας σωτηρίας μου καὶ ἀντιλήπτωρ μου: in Vaticano legitur, κέρας σωτηρίας μου, ἀντιλήπτωρ μου, neque in Hebræo eſt coniunctio &.

Item verſ. 9. quod in aliquibus impreſſis legitur ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἐκ' αὐτοῦ, in Vaticano & Complutẽſi melius habetur, ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ: ſic habuit Interpres, & eſt in Hebræo.

Item verſ. 15. ἐξαπέστειλε βέλη, in Vaticano legitur καὶ ἐξαπόστειλε βέλη. ſic & Interpres legit, & in Hebræo habetur.

Item verſ. 36. καὶ ἔδωκας μοι ὑπερασπισμὸν σωτηρίας, in Vaticano legitur, καὶ ἔδωκας μοι ὑπερασπισμὸν σωτηρίας σου: quam lectionem ſecutus eſt Interpres, & ſic in Hebræo legimus.

Verſ. 47. Ζῇ κύριος καὶ εὐλογητὸς ὁ θεός, in Vaticano legitur, Ζῇ κύριος, καὶ εὐλογητὸς ὁ θεός μου: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Viuit Dominus, & benedictus Deus meus*.

Verſ. 51. & vlt. μεγαλύνων τὰς σωτηρίας τοῦ βασιλέως, in Vaticano legitur, μεγαλύνων τὰς σωτηρίας τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, quæ lectio conuenit cum editione Latina vulgata, & cum Hebræa.

PSAL. XIX. verſ. 6. legitur in libris impreſſis καὶ ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ ἡμῶν, ſed in Vaticano eſt, καὶ ἐν ὀνόματι θεοῦ ἡμῶν, ſic habuit Interpres, & eſt in Hebræo.

PSAL. XXI. verſ. 12. ἀκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι, in Vaticano ita eſt, ἀκ ἔστιν ὁ βοηθῶν: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *non eſt qui adiuuet*; & in Hebræo tantundem eſt.

Item illud verſ. 24. φοβηθήτω δὴ ἀπ' αὐτοῦ, in Vaticano legitur, φοβηθήτωσαν αὐτὸν: in Complutenſi, φοβηθήτω δὴ αὐτοῦ. Interpres videtur legiſſe vt eſt in Vaticano.

Poſt verba illa verſ. 26. παρὰ σοῦ ὁ ἔπαινός μου ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ. Impreſſi libri habent, ἐξομολογήσομαί σοι; ſed in Vaticano legitur poſt ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, τὰς εὐχάς μου ἀποδώσω, *vota mea reddam*. quæ lectio videtur melior, quia conuenit cum vulgata Latina, & Hebræa.

PSAL. XXII. verſ. 5. impreſſi habent, καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον. Vaticanus verò, καὶ τὸ ποτήριόν μου μεθύσκον. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et calix meus inebrians*: eamque veriorem eſſe affirmat beatus Hieronymus in epiſtola ad Suniam, & Fretelam. cùm & LXX. & Hebræi; & omnes Interpretes ſic habeant. In Complutenſi verò legitur, τὸ ποτήριόν σου, &c.

PSAL. XXIII. verſ. 6. quod in libris impreſſis legitur, αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν κύριον, in Vaticano habetur, αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων αὐτὸν. quæ lectio videtur melior, cùm ſit congruens vulgatæ noſtræ, & Hebrææ.

PSAL. XXIIII. verſ. 2. poſt verba illa, μὴ καταισχυνθείω, impreſſi libri & Cõplutenſis habent, εἰς τὸν αἰῶνα. ſed Vaticanum exemplar non habet, neque vulgata editio, neque Hebræa.

In eodem Pſalmo verſ. 14. quod legitur καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς, in Vaticano eſt, καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ τοῦ δηλῶσαι αὐτοῖς. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et teſtamentum ipſius, vt manifeſtetur illis*. Eandem ſequitur beatus Auguſtinus in Commentariis. beatus Hieronymus ſecutus priorem vertit: *Et teſtamentum ipſius manifeſtabit illis*.

Inſcriptio PSAL. XXV. in libris impreſſis eſt ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ſed in Vaticano hoc tantùm legitur, τοῦ Δαβὶδ. neque in Hebræo habetur quicquam amplius.

PSAL. XXVI. verſ. 3. ἐὰν δὲ παρατάξηται: in Vaticano, & Complutenſi legitur ſine coniunctione illa δὲ, quæ lectio conuenit cum vulgata.

In eodem verſ. 4. ταύτην ζητήσω, in Vaticano ταύτῃ ἐπιζητήσω. Ita videtur legiſſe Interpres, quamobrem vertit, *hanc requiram*.

Item illud verſ. 4. καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν τὸν ἅγιον αὐτοῦ. in exemplari Vaticano legitur, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ: quę lectio conuenit cum vulgata noſtra Latina, & Hebræa. Sic legit & ſanctus Doctor Hieronymus.

Verſ. 6. qui legitur in libris impreſſis, ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν αἰνέσεως καὶ ἀλαλαγμόν, in Vaticano habetur ſic, ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν ἀλαλαγμόν: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis*. Sic legit & ſanctus Auguſtinus, niſi quòd pro *hoſtiã vociferationis* habet, *hoſtiam iubilationis*.

Paulò pòſt verſ. 8. vulgati libri habent, σοὶ εἶπεν ἡ καρδία μου, κύριον ζητήσω: in Vaticano autem non leguntur verba illa, κύριον ζητήσω. quæ neque ſunt in editione noſtra vulgata, neque in Commentariis beati Auguſtini: conuenit etiam Hebraica lectio.

PSAL. XXVII. verſ. 1. in quibuſdam libris impreſſis poſt verba illa primi verſus, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, deſunt hæc, μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, in Cõplutenſi non deſunt, niſi hæ duæ voces ἀπ' ἐμοῦ. in Vaticano lectio eſt integra: vt etiam in Theodorito.

Sequens verſ. εἰσάκουσον κύριε τῆς φωνῆς, in Vaticano legitur, εἰσάκουσον τῆς φωνῆς: quam lectionẽ veriorem eſſe docet beatus Hieron. in his quæ ſcripſit ad Suniam & Fretelam. Ait enim additam eſſe vocem illam κύριε.

Eod. Pſalmo verſ. 3. quod legitur, μὴ συνελκύσῃς με μετὰ ἁμαρτωλῶν: Vaticanum exemplar habet ſic, μὴ συνελκύσῃς μετὰ ἁμαρτωλῶν τὴν ψυχήν μου. hanc lectionem ſecutus eſt beatus Auguſtinus in Comment. Sed neq. Theodoritus, neq. alij, quos legerim, habent, niſi Vaticanus tantùm liber: quod volui notare, ne quis cùm pro eo, quod in vulgata legitur: *Ne ſimul trahas me cum peccatoribus*, in Commentariis ſancti Auguſtini legit, *Ne ſimul trahas cum peccatoribus animam meam*; exiſtimet temerè hoc dixiſſe ſanctum Doctorem illum, cùm etiam, vt diximus, in nonnullis exemplaribus Græcis lectio illa inueniatur, μὴ συνελκύσῃς μετὰ ἁμαρτωλῶν τὴν ψυχήν μου.

INSCRIPTIO Pſalmi XXIX. in libris impreſſis eſt, ψαλμὸς ᾠδῆς τῆς ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου Δαβίδ: in Vaticano autem legitur, εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ᾠδῆς τοῦ ἐγκαινισμοῦ τῆς οἴκου Δαβίδ. Eandem inſcriptionem habet Theodoritus in ſuis Commentariis: niſi quòd verba illa, εἰς τὸ τέλος, habet in fine inſcriptionis. Eandem ſecutus eſt & ſanctus Auguſtinus. Sic enim habet, *In finem Pſalmus cantici dedicationis domus ipſi Dauid*.

In eodem Pſalmo verſ. 8. vulgati libri habent, ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου: in Vaticano legitur ſine coniunctione illa δὲ, ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου: quam

lectionem

lectionem ſecutus Interpres conuertit, *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Eodem modo habet & ſanctus Auguſtinus in ſuis Commentariis, neque in Hebræo legitur coniunctio aliqua.

PSAL. XXX. verſ. 5. Vulgati libri Græci habent, ὅτι σὺ εἶ ὑπερασπιστής μου κύριε, in Vaticano habetur hoc tantùm. ὅτι σὺ εἶ ὑπερασπιστής μου. Sic & vulgata Latina editio, & beatus Auguſtinus legit in enarratione huius Pſalmi.

Eod. Pſalmo verſ. 9. quod legitur in vulgatis ἐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθροῦ, in Vaticano eſt, ἐ συνέκλεισας με εἰς χεῖρας ἐχθροῦ. quam lectionẽ ſecutus Interpres vertit, *Nec concluſiſti me in manibus inimici.* Sic & beatus Auguſtinus: niſi quòd pro *in manibus*, legit *in manus.*

PSAL. XXXI. verſ. 2. pro eo quod vulgata editio habet, *Nec eſt in ſpiritu eius dolus:* In libris Græcis impreſſis legitur, οὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος, *Nec eſt in ore eius dolus.* quam lectionem ſecutus eſt & beatus Auguſtinus. Verùm LXX. Interpretes, & Theodotion quinta & ſexta editio, & Aquila & ipſum Hebraicum *in ſpiritu eius* habent, vt ſanctus Hieronymus annotauit in his quæ ſcripſit ad Suniam, & Fretelam. Vera igitur lectio Græca eſt, οὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ πνεύματι αὐτοῦ δόλος. quam ſecutus Interpres vertit, *Nec eſt in ſpiritu eius dolus.* Ita legit beatus Ambroſius in libro II. de Pœnitentia cap. v. & de Noë cap. LXX.

PSAL. XXXII. verſ. 3. Vaticanus liber habet, καλῶς ψάλατε ἐν ἀλαλαγμῷ: pro quo in vulgatis libris legitur, καλῶς ψάλατε αὐτῷ ἐν ἀλαλαγμῷ, conuenit cum Hebræo: ſed Interpres legit καλῶς ψάλατε αὐτῷ ἐν ἀλαλαγμῷ.

In eodem Pſalmo verſ. 5. vulgata editio habet ἀγαπᾷ ἐλεημοσυνὼν καὶ κρίσιν ὁ κύριος. ſed in Vaticano legitur ἀγαπᾷ ἐλεημοσυνὼν ἢ κρίσιν. quam lectionẽ ſecutus Interpres vertit, *Diligit miſericordiam, & iudicium:* neque in Hebræo eſt amplius. Sic legit & ſanctus Doctor Auguſtinus.

Item illud verſ. 20. ἡ δὲ ψυχὴ ἡμῶν, in Vaticano legitur, ἡ ψυχὴ ἡμῶν, neque in Hebræo eſt amplius. hanc lectionem ſecutus Interpres vertit, *Anima noſtra, &c.* ſic legit & beatus Auguſtinus.

In extremo verſ. eiuſdem Pſalmi legitur γένοιτο κύριε τὸ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς. At in Vaticano exemplari eadem verba leguntur hoc ordine, γένοιτο τὸ ἔλεός σου κύριε ἐφ' ἡμᾶς. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos.* Eodem ordine verborum legitur hic verſus & in Hebræo.

PSAL. XXXIII. verſ. 5. quod legitur in vulgatis libris ἐκ πασῶν τῶν θλίψεών μου. in Vaticano habetur, ἐκ πασῶν τῶν παροικιῶν μου: ſed Interpres legit, ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων μου. Itaque vertit, *Ex omnibus tribulationibus meis.*

INSCRIPTIO Pſalmi XXXIIII. in vulgatis libris eſt, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ: ſed in Vaticano eſt τῷ Δαβίδ, neque in Hebræo eſt amplius.

In eodem Pſalmo verſ. 11. legitur in Græcis vulgatis, ἀναστάντες μοι μάρτυρες, in Vaticano autem, ἀναστάντες μάρτυρες: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Surgentes teſtes.* Conuenit lectio Vaticani libri cum Hebræo. Eodem modo legit & ſanctus Auguſtinus in Commentariis.

In eodem Pſalmo verſ. 20. καὶ ἐπ' ὀργὴν δόλοις διελογίζοντο: ſed Vaticanus liber habet, καὶ ἐπ' ὀργῇ τῆς γῆς δόλοις διελογίζοντο. Sed Interpres legit, vt eſt in Vaticano. itaque vertit, *In iracundia terræ dolos cogitabant.* Sic legiſſe videtur & Theodoritus.

Item verſ. 24. quod legitur, κρῖνον με κύριε κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου, in Vaticano eſt, κρῖνον με κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου: quam lectionem habet Hebraica & vulgata noſtra editio.

INSCRIPTIO Pſalmi XXXV. in libris Græcis vulgatis eſt, εἰς τὸ τέλος τῷ παιδὶ τοῦ κυρίου Δαβίδ, in Vaticano eadem eſt, niſi quod pro τῷ παιδὶ legitur τῷ δούλῳ.

INSCRIPTIO Pſalmi XXXVI. in vulgatis eſt, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ſed in Vaticano tantùm legitur, τῷ Δαβίδ, neque amplius eſt in Hebræo.

Pro eo quod in eodem Pſalmo verſ. 4. legitur in Græcis impreſſis, δώη σοὶ τὰ αἰτήματα, Vaticanus codex habet δώσει σοὶ τὰ αἰτήματα. quam lectionẽ ſecutus eſt & Interpres Latinus.

Item quod legitur verſ. 7. ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίαν, in Vaticano eſt, ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίας.

In eodem verſ. 23. legitur, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει σφόδρα, in Vaticano habetur, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει. quã lectionẽ ſecutus Interpres vertit, *Et viam eius volet.*

Item in vulgatis Græcis verſ. 24. habetur, κύριος ἀντιλαμβάνεται χεῖρα αὐτοῦ. ſed in Vaticano legitur κύριος ἀντιλαμβάνει χεῖρα αὐτοῦ: quam lectionem ſequens Latinus Interpres vertit, *Dominus ſupponit manum ſuam.*

In eodem verſ. 26. legitur, ἐλεεῖ καὶ δανείζει ὁ δίκαιος: in Vaticano habetur, ἐλεεῖ καὶ δανείζει: quæ lectio conuenit cum vulgata editione.

PSAL. XXXVII. verſ. 21. prope finem, quod legitur, οἱ ἀνταποδιδόντες μοι κακὰ, in Vaticano eſt, οἱ ἀνταποδιδόντες κακά: quæ lectio conuenit cum editione vulgata Latina.

PSAL. XXXVIII. verſ. 11. vulgata lectio Græca habet, ἀπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος: ſed Vaticanus codex, ἀπὸ τῆς ἰσχύος. Sic & Interpres Latinus habuit.

Sequens verſ. 12. habet, πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος, in Vaticano legitur, πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος ταραχθήσεται. quæ lectio conuenit cum editione Latina vulgata.

PSAL. XXXIX. verſ. 7. vulgata lectio Græca continet, ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐζήτησας: ſed Vaticanus codex, ὁλοκαύτωμα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ᾔτησας: quam lectionem ſecutus Interpres Latinus vertit *holocauſtum, & pro peccato non poſtulaſti.* In epiſtola verò ad Hebræos cap. 10. verſ. 6. Paulus Apoſtolus habet *holocautomata.*

PSAL. XL. verſ. 4. vulgata lectio Græca eſt, κύριος βοηθήσει, Vaticanus verò liber habet, κύριος βοηθήσαι. Sic & Interpres Latinus habuit: itaque vertit, *Dominus opem ferat.*

In eodem legitur verſ. 7. in vulgatis, καὶ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν: ſed in Vaticano habetur, καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et ſi ingrediebatur, vt videret.* quæ lectio verior eſt, & conuenit cum Hebræo.

PSALM. XLIII. verſ. 2. vulgata lectio eſt, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν. in Vaticano eſt, οἱ πατέρες ἡμῶν: quod etiam in Hebræo legitur ſine coniunctione.

Item illud verſ. 10. ἐκ ἐξελύσῃ ὁ θεὸς ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν: in Vaticano legitur, ἐκ ἐξελύσῃ ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν. Vocem illam ὁ θεὸς neque in Græcis emendatioribus, neque in Hebræo legimus. beatus etiam Hieronymus in his, quæ ſcripſit ad Suniam & Fretelam, aſſerit hoc loco ſuperfluum eſſe. At beatus Auguſtinus videtur legiſſe, vt nunc habetur in vulgatis libris Græcis.

In eodem Pſalmo verſ. 13. legitur in Complutenſi, & aliis vulgatis libris Græcis, ἢ ἐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλαλαγμοῖς: ſed in Vaticano, καὶ ἐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et non fuit multitudo in commutationibus.* Corruptè autem legitur, ἀλαλάγμασιν, cùm ſit legendum ἀλλάγμασιν: beatus Auguſtinus legit, & interpretatur, ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν, hoc eſt, *in iubilationibus*; ſed verior lectio eſt, ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν.

PSAL. XLIIII. verſ. 12. & 13. quod legitur, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ, καὶ θυγάτηρ τύρου, in aliis manuſcriptis Græcis habetur his verbis: προσκυνήσουσιν αὐτῷ θυγατέρες τύρου ἐν δώροις. Ita vertiſſe LXX. Interpretes

teſtis eſt Theodoritus. Hanc lectionem ſecutus beatus Auguſtinus legit, *Adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus.*

In eodem Pſalmo verſ. 17. vulgata lectio habet, ἐγενήθησαν υἱοί σου: ſed Vaticana ἐγλυήθησάν σοι υἱοὶ. quam ſecutus Interpres Latinus vertit, *Nati ſunt tibi filij.* ſic legit & beatus Auguſtinus.

Item illud verſ. 18. μνησθήσομαι τῦ ὀνόματός σου: in aliis legitur μνησθήσονται τῦ ὀνόματός σου. Priorem lectionem ſequitur Hieronymus, in his quæ ſcripſit ad Principiam virginem; poſteriorem Auguſtinus in Commentariis.

PSALM. XLV. verſ. 6. καὶ ἐ σαλευθήσεται, in Vaticano legitur, ἐ σαλευθήσεται. In Hebræo etiam legitur ſine coniunctione. ſic & in Commentariis ſancti Auguſtini.

Paulò pòſt verſ. 7. vulgati libri habent, ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ ὁ ὕψιστος. ſed Vaticanus, ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ: quæ lectio verior eſt, congruens cum Hebræo, & cum noſtra vulgata.

Paulò pòſt verſ. 9. in vulgatis Græcis, δεῦτε καὶ ἴδετε. in Vaticano, δεῦτε ἴδετε: neque in Hebræo legitur cum coniunctione. Item illud, τὰ ἔργα τῦ θεοῦ: in Vaticano eſt, τὰ ἔργα τῦ κυρίου. quam lectionem ſecutus eſt Interpres Latinus, & ſanctus Auguſtinus.

PSALM. XLVII. verſ. 10. vulgata lectio Græca habet, ἐν μέσῳ τῦ λαοῦ σου. ſed Vaticanus codex, ἐν μέσῳ τῦ ναοῦ σου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *In medio templi tui.* Priorem lectionem ſequitur ſanctus Auguſtinus in huius Pſalmi enarratione. Verùm ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniam & Fretelam, probat veram lectionem eſſe ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ σου: Complutenſis habet ἐν μέσῳ τῦ λαοῦ σε.

PSAL. XLVIII. verſ. 15. vulgati libri habent, ἐν τῆς δόξης αὐτῶν ἐξώσθησαν: Vaticanus verò, ἐν τῆς δόξης αὐτῶν ſine verbo illo ἐξώσθησαν: neque Auguſtinus habuit, neque Theodoritus in libris emendatis.

Verſ. 21. & vlt. Pſalmi legitur in libris vulgatis, καὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν: ſed in Vaticano habetur, ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν. quam lectionem veriorem eſſe docet beatus Hieronymus: quo loco ad Suniam & Fretelam ſcribens, ait. Sciendum quòd iſte verſiculus, *Homo cùm in honore eſſet*, bis in hoc Pſalmo ſit, & in priori additam habeat & coniunctionem, in fine non habeat. hæc ſanctus & illuſtris Doctor Hieronymus. beatus etiam Auguſtinus legit ſine coniunctione.

PSALM. XLIX. verſ. 7. quod legitur in libris vulgatis, ἀκουσον λαός μου ἃ λαλήσω σοι: In Vaticano exemplari eſt, ἄκουσον λαός μου καὶ λαλήσω σοι. liber Cõplutenſis habet vt Vaticanus. quá lectionem ſequitur Interpres.

In eodem Pſalmo verſ. 10. vulgati libri habẽt τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ. ita & Complutenſis. ſed in Vaticano legitur τὰ θηρία τῦ δρυμοῦ. quam lectionem teſtatur Euthymius ſe vidiſſe in nonnullis exemplaribus. hanc & Interpres ſecutus vertit, *ſyluarum.*

In eodem Pſalmo verſ. 15. quod vulgati libri habent, ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου: in Vaticano legitur, ἐν ἡμέρᾳ θλίψως. ſic & Interpres habuit, neque in Hebræo eſt aliquid amplius. ſanctus Auguſtinus legit; *In die tribulationis tuæ.* Sic & in Complutenſi legitur.

Item illud verſ. 18. καὶ μετὰ μοιχῶ: in Vaticano legitur, καὶ μὴ μοιχῶν. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et cum adulteris:* in Complutenſi habetur, καὶ μὴ μοιχᾶ. ſed verior illa eſt, καὶ μὴ μοιχῶν: nam & in Hebræo legitur in numero multitudinis. Sanctus Auguſtinus legit, *& cum adulteris.* Euthymius Monachus ſecutus eſt alteram illam lectionem μὴ μοιχοῦ.

In eodem Pſalmo verſ. 21. in vulgatis legitur, ὠδάσήσω καὶ ἀελέγξω σε καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου. in Vaticano habetur, ὠδάσήσω καὶ ἀελέγξω σε καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου. quam lectionem habuit Interpres, & beatus Auguſtinus. Verba verò illa τὰς ἁμαρτίας σε puto notata eſſe pro gloſſemate, & poſtea irrepſiſſe in contextum verborum: cùm vera lectio ſit ὠδάσήσω καὶ ἀελέγξω κατὰ πρόσωπόν σε. Et tamen in Complutenſi, in Euthymio, & aliis coronidem hanc impreſſam legimus.

In extremo verſu eiuſdem Pſalmi legitur in vulgatis, δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου: ſed in Vaticano exemplari eſt, δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ θεῦ. quod & Interpres vulgatus ſic habuit: itaque vertit, *Oſtendam illi ſalutare Dei.* Ad eundem modum legit ſanctus Auguſtinus. Hanc lectionem puto veriorem eſſe; cùm & in vetuſtiſſimo Vaticano exemplari legatur, & conueniat cum Hebræo. Theodoritus Cyri legit, δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τῦ θεῦ μου.

INSCRIPTIO Pſalmi quinquageſimi habet in libris Græcis vulgatis, ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς βηρσαβεὲ τὴν γυναῖκα ἑαυτοῦ. Vaticanus codex non habet verba hæc: τὴν γυναῖκα ἑαυτοῦ, neque in Hebræo ſunt, neque in enarratione ſancti Doctoris Auguſtini.

Quod vulgati libri habent verſ. 13 καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον, in Vaticano legitur, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν σου, quo ordine & in Hebræo ſcriptum inuenimus.

PSAL. LI. verſ. 4. quod vulgata lectio Græca habet, ξυρὸν ἠκονημένον, in Vaticano legitur, ξυρὸν ἐξηκονημένον.

Item quod ſequitur paulò pòſt ἠγάπησας πάντα ῥήματα, in Vaticano eſt, ἠγάπησας πάντα τὰ ῥήματα.

PSAL. LII. verſ. 5. quod in vulgatis legitur, οἱ κατεσθίοντες τὸν λαόν μου ἐν βρώσῃ ἄρτου: Vaticanus liber habet, οἱ κατεσθίοντες τὸν λαόν μου βρώσει ἄρτου.

Item illud, τὸν κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο: in Vaticano legitur, τὸν θεὸν οὐκ ἐπεκαλέσαντο. quam lectionem puto veriorem, quia conuenit cum Hebræo; quam & Interpres noſter habuit: ac propterea vertit, *Deum non inuocauerunt.* Eandem ſecutus eſt & beatus Auguſtinus in Commentariis.

PSAL. LIIII. titulus, in vulgatis legitur, εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις συνέσεως τῷ Ἀσάφ. ſed in Vaticano eſt, εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις συνέσεως τῷ Δαβὶδ: quæ lectio conuenit cum Hebræo; quam & ſanctus Auguſtinus ſecutus eſt: ſic enim habet, *In finem in hymnis intellectus ipſi Dauid.* Eodem modo Theodoritus & Euthymius.

Eodem Pſalmo verſ. 9. quod legitur in vulgatis, προσδεχόμην τὸν θεὸν τὸν σώζοντά με: in Vaticano eſt, προσδεχόμην τοῦ σώζοντα. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Expectabam eum qui ſaluum me facit.* Eandem habet & ſanctus Auguſtinus in Commentariis, niſi quòd pro *facit*, habet *faceret:* Sic enim ait, *Expectabam eum qui ſaluum me faceret.* in Complutenſi legitur vt in vulgatis Græcis libris.

In eodem Pſalmo verſ. 10. impreſſi libri habent, κατάποντισον κύριε καὶ καταδίελε: in Vaticano legitur ſine coniunctione illa καὶ, quæ neque in Hebræo eſt. & videtur verior lectio ſi legatur ἀσωδέτως.

Item verſ. 11. quod legitur, καὶ ἀνομία καὶ κόπος, in Vaticano habetur, ἀνομία καὶ κόπος: quod & Interpres ſic legit, & beatus Auguſtinus, Complutenſis, Theodoritus, & Euthymius habent, καὶ ἀνομία καὶ κόπος: ſed puto melius legi ſine coniunctione priore.

In eodem Pſalmo verſ. 17. vulgata lectio Græca habet, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσέ μου: ſed in Vaticano legitur, καὶ ὁ κύριος ἔσωσέ με. hanc lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et Dominus ſaluauit me*; quæ conuenit cum Hebræo; licet beatus Auguſtinus habeat, *Et Dominus exaudiuit me:* nimirum quod in multis exemplaribus legitur, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσέ μου: & ipſe ſecutus eſt Theodoritus, & Euthymius monachus.

Eſt in eodem verſ. 22. iuxta vulgatos libros, ἤγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν: ſed in Vaticano legitur ἤγγισεν ἡ καρδία αὐτῶν. hanc lectionẽ ſecutus Interpres vertit, *Appropinquauit cor illius.* Eandem habuit & ſanctus Auguſt. quæ cõuenit etiam cũ Hebræo. Cõplutẽſis habet ἤγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν. Eodẽ modo legit Theodor. & Euthym.

Item quod ſequitur verſ. 22. ἠπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτῶν: in Vaticano legitur ἠπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτοῦ. Sic legit &

legit & Interpres: nam habet, *Molliti sunt sermones eius.* Ita & sanctus Augustinus. sed Theodoritus, Euthymius, & Complutensis habent ἀυτῶν. sed puto melius legi ἀυτοῦ, quia conuenit cum Hebræo, cum vulgata editione, & cum sancto Doctore Augustino.

In vers. 24. & vlt. legitur, ἐγὼ δὲ κύριε ἐλπιῶ ὅτι σὲ: sed in Vaticano, ἐγὼ δὲ ἐλπιῶ ὅτι σέ: quæ lectio conuenit cum vulgata Latina, & cum Hebræa. sanctus Augustinus secutus est priorem lectionem.

PSAL. LV. vers. 3. & 4. quod vulgata lectio habet ἀπὸ ὕψους ἡμέρας δ φοβηθήσομαι, legendũ esse, ἀπὸ ὕψους ἡμέρας φοβηθήσομαι, affirmat beatus Hieronymus in his quę scripsit ad Suniam & Fretellam, quo loco dicit additam esse negationem illam δ. Eius autem verba sunt. Dicitis in Græco vos inuenisse, ὅτι πολλοὶ πολεμοῦντες με, ἀπὸ ὕψους ἡμέρας δ φοβηθήσομαι, id est non timebo, quod additum est: & est ordo; Quoniá multi dimicant aduersum me, idcircò ego ab altitudine diei timebo, hoc est, non bellantes aduersum me, sed tuum excelsum timebo lumen. Ex his beati Hieronymi verbis apertè intelligimus, LXX. Interpretes vertisse φοβηθήσομαι sine negatione. quam lectionem retinuit Interpres noster vulgatus, neque in Hebræo legitur hic versus cum negatione, neque apud sanctum Augustinum, nisi quod videtur legisse φοβηθήσονται pro φοβηθήσομαι. Mirum tamen videtur quòd in Theodorito, Euthymio, & Complutensi legatur δ φοβηθήσομαι, & vix in vno Hieronymo inueniatur vera lectio, quam & Interpres secutus est. Non deest Græcus codex, qui habet, ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντες με, φοβηθήσονται· ἐγὼ δὲ ὅτι σοι ἐλπιῶ. hanc lectionem secutus est beatus Augustinus, vt ex eius enarratione in hunc Psalmum cognosci potest.

In eodem Psalmo vers. 8. legitur ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς ὧσεις αὐτούς: sed emendatiores libri habent, ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς σώσεις αὐτούς. Ita legit Interpres: itaque vertit, *pro nihilo saluos facies illos*. Sic vertit & beatus Hieronymus ex LXX. & sanctus Augustinus in Commentariis, & multis annis antea Arnobius & Hilarius. Theodoritus & Euthymius legunt & interpretantur, ὑπὲρ τοῦ μηθενὸς ὤσεις αὐτούς. Complutensis habet σώσεις αὐτούς. puto detracto σ ex σώσεις factum esse ὤσεις propter collisionem alterius σ præcedentis dictionis μηδενὸς.

Vers. 14. & vlt. iuxta vulgatos libros legitur, δυαρεσήσω ἐνώπιον κυρίου: sed Vaticanus habet, δυαρεσῆσαι, quod Interpres vertit, *vt placeam*. Ita enim commodè verti solent, ἀπαρέμφατα. si legisset δυαρεσήσω, reddidisset *placebo*. Theodoritus, Euthymius, & Complutensis habent, δυαρεσήσω.

PSAL. LVI. vers. 8. legitur, ἄσομαι καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ μου: in Vaticano habentur hæc verba, ἄσομαι καὶ ψαλῶ. Ita legit Interpres: nam vertit, *Cantabo, & psalmum dicam*. Et beatus Augustinus legit in sua enarratione *Cantabo, & psallam*. verba illa ἐν τῇ δόξῃ μου, putamus addita esse huic loco ex Psalmo CVII.

PSAL. LVII. vers. 9. vulgati libri Græci habent, ἔπεσε πῦρ ἐπ' αὐτούς: in Vaticano tantùm legitur, ἔπεσε πῦρ. illud autem ἐπ' αὐτούς additum esse opinor: cùm neque vulgata editio habeat, neque Vaticanum miræ vetustatis exemplar, neque sanctus Augustinus.

PSALM. LVIII. vers. 7. iuxta vulgatos libros legitur, ἰδοὺ αὐτοὶ ἀποφθέγξονται: Vaticanus verò habet, ἰδοὺ ἀποφθέγξονται. ita & Interpres noster legit: quam ob rem vertit, *Ecce loquentur*.

In eodem Psalmo vers. 12. impressi libri habent, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου: sed in Vaticano legitur, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ λαοῦ μου. Ita & Interpres legit: quare & vertit, *Ne fortè obliuiscantur populi mei*. sanctus Augustinus legit, *Nequando obliuiscantur legis tuæ*: nimirum secutus est lectionem illam, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου, quemadmodum Theodoritus, & Euthymius. Veriorem autem lectionem esse, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ λαοῦ μου, affirmat sanctus Hieronymus in his quæ scripsit ad ad Suniam & Fretellam: quo loco asserit à LXX. Interpretibus, & à se ita versum esse. Corruptè igitur legitur, τοῦ νόμου σου, pro τοῦ λαοῦ μου.

PSALMI LX. titulus iuxta vulgatos libros legitur, εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις τῷ Δαβὶδ ψαλμὸς: sed in Vaticano habetur, εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις τῷ Δαβὶδ. hunc titulum sic habet B. Augustinus; nam sic legit, *In finem in hymnis ipsi Dauid*. neque in Hebræo est quicquam amplius.

PSAL. LXI. vers. 2. vulgati libri habent, παρ' αὐτῷ γὰρ τὸ σωτήριόν μου: sed in Vaticano legitur, παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου. hanc lectionem habuit Interpres: itaq. vertit, *ab ipso enim salutare meum*: ad eundem modum legit Augustinus. Complutensis habet παρ' αὐτῷ. lectio illa παρ' αὐτοῦ conuenit cum Hebræo.

In eodem Psalmo vers. 9. habent vulgati codices, ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν πᾶσα συναγωγὴ λαῶν: sed in Vaticano legitur, ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν πᾶσα συναγωγὴ λαοῦ: quá lectionem secutus Interpres vertit, *Sperate in eo omnis congregatio populi*. Eandem habuit & sanctus Augustinus. sic enim legit, *Sperate in eo omne concilium plebis*. In Hebræo non legitur in numero multitudinis, sed in singulari. Itaq. bene habet nostra Latina editio vulgata, *populi*, & non *populorum*.

Item vers. 9. quod sequitur, ἐκχέατε ἐνώπιον αὐτοῦ ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ὅτι ὁ θεὸς βοηθὸς ὑμῶν: Vaticanus habet hæc omnia præter coniunctionem illam ὅτι, quam neque Interpres noster habuit: sic enim vertit, *Effundite coram illo corda vestra, Deus adiutor noster*. Ita legit & sanctus Doctor Augustinus. libri Græci vulgati habent illud ὅτι.

Item in eodem vers. 11. καὶ ὅτι ἁρπαγμα μὴ ὅπιποθεῖτε: at in Vaticano, καὶ ὅτι ἁρπάγματα μὴ ὅπιποθεῖτε. Ita legit Interpres: quam ob rem vertit, *Rapinas nolite concupiscere*. Sanctus Augustinus secutus est priorem lectionem.

PSAL. LXII. titulus in libris Græcis partim legitur, ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ Ἰσδαίας, partim, ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ Ἰδουμαίας. priorem lectionẽ habet Complutensis, & beatus Hieronymus; posteriorem sanctus Augustinus. Euthymius testatur vtramque lectionem in exemplaribus Græcis inueniri: sed in Hebræo legitur, *in deserto Iudææ*.

In eodem Psalmo vers. 2. vulgata lectio est, ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου: sed Vaticanus habet, ἐδίψησέ σοι ἡ ψυχή μου: quam lectionem veriorem esse, testis est sanctus Doctor Hieronymus, in his quæ scripsit ad Suniam & Fretellam. Hanc & beatus Augustinus secutus legit, *Sitiuit tibi anima mea*.

Est in eodem, vers. 6. καὶ χεῖλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου: sed in Vaticano est, καὶ χείλει ἀγαλλιάσεως. αἰνέσει τὸ στόμα μου: & certe cõgruentius videtur legi sic, vt χείλει sit casus tertius, non quartus. hanc lectionem secutus Interpres videtur, nisi quod pro *labio exultationis*, vertit, *labiis exultationis*.

Item illud vers. 9. ἐμὲ δὲ ἀντελάβετο: in Vaticano legitur sine coniunctione illa δὲ, quam neq. Interpres habuit, neque sanctus Augustinus. Euthymius, & alij Græci legunt versum hunc cum coniunctione illa quam diximus.

PSAL. LXIIII. titulus in libris plerisque Græcis est, εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαβὶδ, ᾠδὴ Ἱερεμίου καὶ Ἰεζεκιὴλ τοῦ λαοῦ τῆς παροικίας ὅτε ἔμελλον ἐκπορεύεσθαι: in Vaticano non legitur nisi hoc tantùm, εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαβὶδ, neque quicquam amplius habet Hebraica lectio. Sanctus Augustinus legit vt Euthymius, & alij plerique Græci habent.

In eodem Psalmo vers. 8. post verba illa ἤχους κυμάτων αὐτῆς: vulgati libri habent, τίς ὑπομενεῖ; sed Vaticanus non habet. quæ lectio verior est, cùm beatus Hieronymus affirmet additum esse illud τίς ὑπομενεῖ; hoc est, *quis sustinebit?* itaque superfluum hoc esse dicit. beatus Augustinus legit, *quis sufferet*. Ex quo ap-

paret ſecutum fuiſſe lectionem illam τίς ἰάσεται.

Poſt aliquot verſus verſ. 10.& 11. ibidē legitur iuxta vulgatos libros, ὅτως ἡ ἑτοιμασία σου τὴς &c. ſed in Vaticano eſt, ὅτως ἡ ἑτοιμασία σε τὴς &c. hanc lectionem ſecutus beatus Auguſtinus, ait, *Ita eſt præparatio tua*. Lege quæ ſcripſit ſanctus Hieronymus ad Suniam & Fretellam.

PSAL. LXV. verſ. 2. vulgata lectio eſt, ἀλαλάξατε τῷ κυρίῳ: in Vaticano legitur, ἀλαλάξατε τῷ θεῷ. Ita & Interpres habuit. quare vertit, *Iubilate Deo*. Ita legit & ſanctus Auguſtinus; & conuenit lectio hæc cum Hebræo. Theodoritus, Euthymius, & Complutenſis habent, τῷ κυρίῳ: ſed melius legitur τῷ θεῷ, quemadmodum in Vaticano exemplari vetuſtiſſimo habetur; & in vulgata editione noſtra Latina. Ita etiam legit S. Hilarius, licet teſtetur in Græcis eſſe ἀλαλάξατε τῷ κυρίῳ.

Paulò pòſt verſ. 4. Græci libri habent, ψαλάτωσαν δὴ τῷ ὀνόματί σου ὕψιστε: ſed in Vaticano legitur hoc tantùm, ψαλάτωσαν δὴ τῷ ὀνόματί σου. Ita legit & Interpres noſter, & ſanctus Auguſtinus, atque ante illum Hilarius. vocem illam ὕψιστε puto additam; licet inueniatur in Theodorito, Euthymio, & Complutenſi.

In eodem Pſalmo, verſ. 15. in pleriſque Græcis, tam ſcriptis quàm impreſſis, legitur μὴ θυμάματος ἢ κριῶν. at beatus Hieronymus in his quæ ſcripſit ad Suniam & Fretellàm, aſſerit ſcriptum inueniri, μὴ θυμάματος καὶ κριῶν, ſed malè. veram enim lectionem eſſe, μὴ θυμάματος τῶν κριῶν. Et tamen Theodor. Euthym. Complutenſis, & omnes Græci, quos ego legerim, habent μὴ θυμάματος καὶ κριῶν. Et ex noſtris Latinis Hilarius, & Auguſtinus. Editio noſtra vulgata Latina veram illam habet lectionem, quam probat ſanctus Hieronymus, quæ & conuenit cum Hebræo.

In eodem verſu tam ſcripti quàm impreſſi Græci habent, ἀνοίσω σοὶ βόας: in noſtro emendatiore legitur ποιήσω σοὶ βόας. Lectio hæc conuenit cum Hebræo. ſed priorem illam ſecutus Interpres vertit, *offeram tibi boues:* quam in omnibus non exemplaribus ſolùm, ſed etiam Interpretibus inuenire licet. Verbum autem illud ποιήσω, non mirum ſi à Græcis verſum eſt ἀνοίσω. Nam ſolet poni verbum ποιεῖν pro ſacrificare & offerre, etiam in diuinis literis, quemadmodum & Facere apud Latinos ſcriptores.

In ſequenti verſu legitur, καὶ διηγήσομαι ὑμῖν πάντες οἱ φοβούμενοι: Vaticanus non habet vocem illam ὑμῖν. Conuenit cum Hebræo, & cum editione noſtra vulgata; licet ſanctus Hilarius habeat; ſed beati Auguſtini enarratio non habet.

Item illud, verſ. 18. μὴ εἰσακουσάτω μου κύριος, totidem verbis legitur in Vaticano, excepta voce illa μου, quam neque Interpres habuit in ſuo exemplari: neque ſanctus Auguſtinus. Conuenit etiam cū Hebræo.

Mox ſequitur διὰ τοῦτο εἰσήκουσέ μου ὁ θεὸς, Interpres noſter legit, διὰ τοῦτο εἰσήκουσεν ὁ θεός. itaque vertit, *Propterea exaudiuit Deus*. Vocem autem illam με ſuperfluam eſſe in Græcis, quemadmodum & me in aliquibus Latinis codicibus docuit ſanctus Hieronymus, in his quæ ſæpè citauimus. Conuenit etiam lectio noſtra cum Hebræo.

PSAL. LXVI. verſ. 2. quod vulgata lectio Græca habet, ὁ θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς, καὶ εὐλογήσαι ἡμᾶς, ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς: in Vaticano legitur ſine illa repetitione in fine, καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς: quæ neque ſunt in Hebræo. Sed omnia Græca exemplaria quæ ego viderim, cumque his Theodoritus, & Euthymius habent verba illa in fine, καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς: ſolum exemplar quod ſæpè citauimus non habet. In editione noſtra vulgata legitur repetitio illa, quemadmodum & apud ſanctum Hilarium. Solus beatus Auguſtinus non legit verba illa: ſic enim enarrat hunc locum, vt facilè appareat legiſſe, vt eſt in Vaticano. Connectit enim quod ſequitur: *Vt cognoſcamus in terra viam tuam*, cum verbis illis; *illuminet vultum ſuum ſuper nos*. Hæc notauimus, non quòd exiſtimemus vulgatam lectionem Græcam, aut Latinam imminuendam; neque repetitionem illam remouendam: ſed vt oſtendamus, non mirum videri, ſi Auguſtinus in Commentariis ſuis non habeat; cùm varij ſint Græci libri, & Doctores, prout alij in alios libros inciderunt, plerunque legere, atque interpretari.

PSAL. LXVII. verſ. 3. impreſſi Græci & plerique ſcripti habent οὕτως ἀπολοιῶ) οἱ ἁμαρτωλοὶ: Vaticanus verò, ὅτως ἀπόλοιντο: ita legit Interpres. quare & vertit, *ſic pereant*. Eodē modo legunt viri docti, & ſancti Hilarius & Auguſt. Theod. & Euthymius habēt ἀπολοιῶ).

Item verſus ille ταραχθήτωσαν ἀπὸ προσώπου: in Vaticano eſt, ταραχθήσονται ἀπὸ προσώπου. ita legit Interpres: nam vertit, *turbabuntur à facie*. Et ita legit ſanctus Hilarius, & beatus Auguſtinus.

In eodem Pſalmo verſ. 13. impreſſi libri, & plerique ſcripti habent: ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ τῇ ὡραιότητι: ſed in Vaticano legimus, ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ, καὶ τῇ ὡραιότητι. quam lectionem habuit Interpres. itaque vertit, *Rex virtutum dilecti dilecti*. Sic legit & interpretatur beatus Auguſtinus. Repetitio, inquit, pertinet ad commendationem: quanquā iſtam repetitionē non omnes codices habent.

Eſt & in eodem, verſ. 20. κύριος ὁ θεὸς εὐλογητὸς, εὐλογητὸς κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν: ſed in Vaticano hoc tantùm legitur, εὐλογητὸς κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν. hanc lectionem ſecutus Interpres vertit, *Benedictus Dominus die, quotidie*. Eandem & beatus Hieronymus probat vt meliorem in his quæ ſæpè citauimus. Sanctus Auguſtinus teſtatur in nonnullis codicibus haberi, *Benedictus Dominus Deus de die in diem:* ſed in Græcis ſic haberi, vt ſuprà diximus. Lege Auguſtinum. Hilarius habet, *Dominus Deus benedictus de die in diem*.

Eiuſdem Pſalmi verſ. 25. qui legitur in Græcis codicibus vulgatis, ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου: ſcriptoris vitio deprauatus eſt, vt docet ſanctus Hieronymus ad Suniam. Sic enim in Septuaginta, & in Hexaplis ſe ſcriptum inueniſſe affirmat: ἐθεώρησαν τὰς πορείας σου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit: *viderunt ingreſſus tuos*. Ita etiam ab Aquila, Symmacho, & Theodotione verſum eſſe dicit, eodemque modo legi in quinta & ſexta editione, idque cōuenire cum Hebræo. Græci libri tam impreſſi quàm ſcripti habent, ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου ὁ θεός. quam lectionem Theodoritus, & Euthymius habuerunt. eandem ſecutus & beatus Auguſtinus, legit, *viſi ſunt greſſus tui Deus*. Ita & Caſſiodorus monachus, & ante omnes iſtos S. Hilarius.

PSAL. LXVIII. titulus in vulgatis libris eſt, εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων ψαλμὸς τῷ Δαβίδ: In Vaticano verò totidem verbis legitur, excepta voce illa ψαλμὸς. Ita legerunt Auguſtinus & Caſſiodorus. Hilarius verò habet vt eſt in vulgatis Græcis.

In eodem Pſalmo verſ. 18. iuxta vulgatam lectionem, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου: in Vaticano legitur, καὶ μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σε. Ita legit Interpres & Caſſiod. quemadmodū etiam & in Hebræo inuenitur.

Item illud verſ. 31. αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ με μετ' ᾠδῆς: in Vaticano eſt, αἰνέσω τὸ ὄνομα τὸ θεοῦ μετ' ᾠδῆς. Ita legit Interpres. Sic enim habet, *Laudabo nomen Dei cum cantico*. hanc lectionem probat ſanctus Hieronymus ad Suniam his verbis: In ſexageſimo octauo *Laudabo nomē Dei cum cantico*, pro quo dicitis vos reperiſſe in Græco, αἰνέσω τὸ ὄνομα τὸ θεοῦ με μετ' ᾠδῆς, id eſt, *Laudabo nomen Dei mei cum cantico*; ſed *mei* ſuperfluum eſt. Ita habet Hilarius, Auguſtinus & Caſſiodorus.

Item illud verſ. 35. καὶ ἡ γῆ, θάλασσα, καὶ πάντα τὰ ἕρποντα ἐν αὐτῇ: Vaticanus codex habet pro ἐν αὐτῇ, ἐν αὐτοῖς. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *omnia reptilia in eis:* in Hebræo etiam legitur וְכֹל רוֹמֵשׂ בָּם Sanctus Auguſtinus eodem modo legit. ſic enim habet, *omnia repentia in eis*. Caſſiodorus, *omnia reptilia in eis*. ſanctus Hilarius ſecutus lectionem illam, τὰ ἕρποντα ἐν αὐτῇ habet, *omnia repentia in eo*.

Paulò

Paulò pòst vers. 37. vulgata lectio habet, καὶ τὸ σπέρμα τῶν δούλων σου κατοικήσουσιν αὐτήν: sed in Vaticano exemplari habetur, καὶ τὸ σπέρμα τῶν δούλων αὐτοῦ κατοικήσουσιν αὐτήν; quam lectionem habuit Interpres. itaq. vertit, *Et semen seruorum eius possidebit eam*. Sic & sanctus Hilarius. Ita & beatus Augustinus: *& semen*, inquit, *seruorum eius obtinebunt eam*. Theodoritus, & Euthymius habent τῶν δούλων σου, sed melius, τῶν δούλων αὐτοῦ. Nam & in Hebræo est, וְזֶרַע עֲבָדָיו

Item quod subiungitur vers. eod. καὶ οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου: Vaticanus liber habet, καὶ οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομα αὐτοῦ. quam lectionem secutus Interpres vertit, *& qui diligunt nomen eius*. Sic legit sanctus Augustinus, & ante illum Hilarius, cum quibus conuenit Cassiodorus monachus. Græci libri tam impressi quàm scripti plerique habent τὸ ὄνομά σου. sed melius in Vaticano, τὸ ὄνομα αὐτοῦ; nam & in Hebræo legitur וְאֹהֲבֵי שְׁמוֹ

Psal. lxix. vers. 5. quod legitur in vulgatis libris πάντες οἱ ζητοῦντες σὲ ὁ θεός: in Vaticano est, πάντες οἱ ζητοῦντες σέ. quá lectionē habuit Interpres, & B. August. Nec dubito illud, ὁ θεὸς additū esse: cùm neque in vetustis exēplaribus, neq. in editione nostra vulgata, neq. in Hebræo sit, neq. in Comment. sancti Augustini.

Psal. lxx. titulus iuxta vulgatos libros est, τοῦ Δαβὶδ ψαλμὸς τῶν υἱῶν ἰωναδὰβ καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων ἀνεπίγραφος παρ' ἑβδομήκοντα: in Vaticano totidem verbis legitur, excepta voce illa, ψαλμὸς, & illis ἀνεπίγραφος παρ' ἑβδομήκοντα. hanc lectionem sequitur sanctus Augustinus: sic enim habet: *Ipsi Dauid filiorum Ionadab & eorum qui primi captiui ducti sunt*. Cassiodorus legit, *Dauid Psalmus filiorum Ionadab, & priorū captiuorum*. Theodoritus, Euthym. Complut. & alii plerique habent inscriptionē quam priorē posuimus. In Hebræo legitur ἀνεπίγραφος.

In eodem Psalmo vers. 12. legitur, ὁ θεός μου μὴ μακρυνθῇς ἀπ' ἐμοῦ: sed in Vaticano ὁ θεὸς μὴ μακρυνθῇς ἀπ' ἐμοῦ. hanc lectionem vt meliorem probat S. Hieronymus scribens ad Suniam; sic enim habet: Quod dicitis in septuagesimo Psalmo positum esse, ὁ θεός μου μὴ μακρυνθῇς ἀπ' ἐμοῦ, id est, *Deus meus ne elongeris à me: meus*, superfluum est. Vides vt sanctus Doctor affirmat vocē illam μου superfluam esse. Et tamē habet B. Augustinus, Theodorit. Euthymius, & Complutensis præter vnum Vaticanum codicem, in quo est vera lectio, quā & Interpres secutus est, & Cassiodor. monachus. Conuenit etiam cum Hebræo. Sic enim habet אֱלֹהִים אַל תִּרְחַק

In eodem Psalmo, ver. 14. vulgati libri habent, ἐγὼ δὲ διὰ παντὸς ἐλπιῶ ὅτι σὲ: in Vaticano non est illud, ὅτι σὲ, neq. Interpres habuit, neq. in Hebræo legitur. In sancto Augustino est & in Cassiodoro, & aliis plerisque.

Paulò pòst vers. 17. sequitur in libris impressis, & plerisque manuscriptis, ὁ θεός με ἐδίδαξάς με: sed Vaticanus habet, ὁ θεὸς ἐδίδαξάς με. Sic habuit Interpres. Itaque vertit, *Deus, docuisti me*. Ita legit beatus Augustinus, ita & Cassiodorus: Theodoritus, & Euthymius legunt, ὁ θεός μου ἐδίδαξας: sed melius legi, ὁ θεὸς ἐδίδαξάς με, vt in Vaticano est, non solùm vulgata lectio, sed etiam beatus Hieronymus scribens ad Suniam & Fretellam, ostendit; idque conuenit cum Hebræo quod sic habet אֱלֹהִים לִמַּדְתַּנִי

Sequitur vers. 18. in libris impressis & plerisque scriptis, ὁ θεός με μὴ ἐγκαταλίπῃς με: sed melius in Vaticano, ὁ θεὸς μὴ ἐγκαταλίπῃς με; quemadmodum & vulgata lectio nostra habet: *Deus ne derelinquas me*. Sic legit beatus Augustinus, & Cassiodorus. Itaque putamus additam esse vocem illam με: nam neque in Hebræo est: sic enim habet, אֱלֹהִים אַל תַּעַזְבֵנִי

Item vers. 19. pro eo quod legitur paulò pòst ἃ ἐποίησάς μοι μεγαλεῖα: in Vaticano inueni scriptum, ἃ ἐποίησας μεγαλεῖα. quam lectionem vertit Interpres, *quæ fecisti magnalia*. Eandem sequitur beatus Augustinus & Cassiodorus monachus. Itaque videtur vox illa μοι addita, quippe quòd neque in Hebræo legitur. Sic enim habet, אֲשֶׁר עָשִׂיתָ גְּדֹלוֹת

Legitur in eodem, vers. 20. καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς ἀνήγαγές με: sed in Vaticano est, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με. Ita legens Interpres vertit, *& de abyssis terræ iterum reduxisti me*. Sic habet & S. Augustinus, & Cassiod. Itē quod sequitur vers. 21. ἐπλεόνασας ἐπ' ἐμὲ τὸ μεγαλωσύνῃ σου: in Vaticano legitur sine illis vocibus ἐπ' ἐμὲ. sic habuit Latinus Interpres: nam vertit, *Multiplicasti magnificentiam tuam*. neque sanctus Augustinus legit illud ἐπ' ἐμὲ, neq. Cassiodorus. Græci tam scripti, quàm impressi habent, ἐπλεόνασας ἐπ' ἐμὲ. Statim subiungitur in vulgatis libris, καὶ ὅπισ ρέψας παρεκάλεσάς με, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με: in Vaticano est hoc tantùm, καὶ ὅπισ ρέψας παρεκάλεσάς με. Tantundem habuit Interpres: nam vertit, *Et conuersus consolatus es me*. Sic legit Cassiodorus. Verba illa quæ in Græcis plerisque sequuntur, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με: videntur repetita è loco superiore: quæ neque in Hebræo, neque in Vaticano exemplari leguntur. At beatus Augustinus legit, & interpretatur, quemadmodum & Euthymius monachus.

Sequitur vers. 22. in vulgatis Græcis, καὶ γὰρ ἐγὼ ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς κύριε: in Vaticano exemplari nō leguntur verba illa, ἐν λαοῖς κύριε, neque Interpres noster legit. Sic enim vertit, *Nam & ego confitebor tibi in vasis, &c.* Ita & beatus Augustinus, nisi quod pro *Nam & ego*, habet, *Etenim ego confitebor tibi*. Voces illas ἐν λαοῖς κύριε habent Theodoritus, & Euthymius. Sed neq. in editione vulgata Latina leguntur, neque in exemplari Vaticano, vt diximus, neque in Hebræo.

Psal. lxxi. titulus iuxta vulgatos codices est, εἰς Σολομὼν ψαλμὸς τοῦ Δαβίδ: sed in Vaticano legitur hoc tantùm, εἰς Σολομών: atque ita sanctus Doctor Augustinus legit. Ait enim, *In Salomonē* quidem Psalmi huius titulus prænotatur. Conuenit inscriptio hæc cum Hebræo, in quo sic legitur לִשְׁלֹמֹה

In eodem Psalm. ver. 3. vulgata lectio habet, ἀναλαβέτω τὰ ὄρη εἰρήνην τῷ λαῷ καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην: in Vaticano totidem verbis legitur, nisi quòd pro δικαιοσύνην est ἐν δικαιοσύνῃ, quæ lectio conuenit cum Hebræo. sic enim in illo est: יִשְׂאוּ הָרִים שָׁלוֹם לָעָם וּגְבָעוֹת בִּצְדָקָה

Item illud vers. 8. quod in vulgatis libris legitur, ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων: in Vaticano est, ἀπὸ ποταμοῦ ἕως περάτων. Sic habuit Interpres, atque ideò vertit, *à flumine vsque ad terminos*. Sic legit B. Augustinus, & Theodor. Conuenit etiam cum Hebræo, in quo legitur in numero singulari, vt habet vulgata nostra editio.

Prope finem Psalmi vers. 18. legitur in libris tam impressis quàm manuscriptis, εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραήλ. sed in libro beati Hieronymi ad Suniá, docemur locū hunc sic legi debere, εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς, ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραήλ: sic enim scribit Doctor ille: Dicitis in Græco bis *Deus* non haberi, cùm & in Hebraico sit, & apud lxx. & manifestissimè triplex Domini Dei, Deique nuncupatio mysterium sit Trinitatis.

Sequitur vers. 19. & vlt. καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Vaticanus liber non habet hæc, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Apertè autem intelligimus hæc addita esse à beato Hieronymo, qui sic ait, scribens ad Suniam. Illud & *in sæculum sæculi*, superfluè, sciatis à Græcis esse appositum, quod nec Hebræus habet, nec lxx. Interpretes. S. Augustinus in sua enarratione habet, & interpretatur.

Psal. lxxii. ver. 6. quod vulgata lectio habet, διὰ τοῦτο ἐκράτησεν αὐτοὺς ἡ ὑπερηφανία αὐτῶν εἰς τέλος: in Vaticano scriptum inuenimus sine illis vocibus αὐτῶν εἰς τέλος, quæ neq. Interpres habuit: nam vertit, *Propterea tenuit eos superbia*. Item beatus Augustinus, *ideò*, inquit, *obtinuit eos superbia*. hāc lectionem puto veriorem esse: cùm in editione vulgata, & in exemplari Vaticano inueniatur, atque in Commentariis sancti Augustini & in Hebræo: sic enim in illo est לָכֵן יַעְנְקֵמוֹ גַּאֲוָה

Item vers. 7. quod sequitur, ἐξελεύσεται ὡς ἐκ σίτου ἡ ἀδικία αὐτῶν, sanctus Hieronymus scribens ad Suniam,

affirmat legendum, ἐξελδύσατο ὡς ἐπ σ῾έατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. Hieronymi verba sunt: De septuagesimo secũdo, *prodijt quasi ex adipe*; & vos dicitis in Græco reperisse ἐξελδύσε), id est, *prodiet*, quod falsum est. Nam & apud LXX. Interpretes ita scriptum est, ἐξελδύσατο ὡς ἐπ σ῾έατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. sanctus August. ita legit, vt editio nostra vulgata: sed Græci tam impressi quàm scripti habent, quod sanctus Hieron. affirmat mendose legi.

Est in eod. Psalmo iuxta vulgatos libros vers. 17. καὶ συναγωγὰς εἰς τὰ ἔθνατα αὐτῶν: at sanctus Hieron. docet, scribẽs ad Suniam, coniunctionẽ illam καὶ superfluum esse.

Item illud vers. 18. quod vulgata lectio habet, διὰ τὰς δολιότητας αὐτῶν ἔθου αὐτοῖς κακά: in Vaticano exemplari legitur, διὰ τὰς δολιότητας ἔθου αὐτοῖς: quam lectionem secutus Interpres vertit, *propter dolos posuisti eis*. Eodẽ modo habuit locum hũc S. Augustinus: sic enim habet, *propter dolositatem posuisti eis*. Cassiodorus legit, *propter dolos posuisti, eis mala*. In Hebræo legitur post verbũ *posuisti* in casu dandi, sicut & in editione vulgata. itaq. videtur addita vox illa κακὰ, אַךְ בַּחֲלַקּוֹת תָּשִׁית לָמוֹ

Vers. 24. impressi libri & scripti habent, καὶ ἐν τῇ βελῇ σου: in Vaticano legitur, ἐν τῇ βελῇ σου, absque coniunctione illa, quemadmodum & sanctus Augustinus legit, & Cassiodorus. Idem locus & in Hebræo est sine coniunctione.

PSAL. LXXIII. vers. 5. Græci libri scripti, & impressi habent, ὡς εἰς τλὼ ἔξοδον ὑπερῆνω: in Vaticano est ὡς εἰς τλὼ εἴσοδον ὑπερῆνω. Interpres, & sanctus Augustinus legerunt, εἰς τλὼ ἔξοδον. Itaque alter habet, *in exitu*, alter *in egressu*. Cassiodorus videtur legisse, εἰς τλὼ εἴσοδον. Sic enim habet, *sicut in via*. Theodoritus & Euthymius legunt, εἰς τλὼ ἔξοδον.

Vers. 8. vulgata lectio habet, διὰτε καταπαύσωμεν. LXX. Interpretum editionem habuisse, διὰτε καὶ καυσώμεν, testis est sanctus Doctor Hieronymus in iis quæ scripsit ad Suniam & Fretellam, his verbis: Sexta, inquit, editio habet, καταυσώμεν, id est, *comburamus*: quod & LXX. iuxta Hexaplorum veritatem transtulisse perspicuum est. Idem tamen Hieronymus fatetur se legisse etiam hoc modo in Græcis libris διὰτε καὶ καταπαύσωμεν: qui & transtulisse se dicit, *quiescere faciamus*. quam lectionem habet etiam Interpres Latinus. Eandem habuerunt Augustinus, & Cassiodorus, nisi quòd pro *quiescere faciamus omnes dies festos*, legunt, *comprimamus omnes solemnitates*.

Vers. 9. legitur in plerisque Græcis, τὰ σημεῖα αὐτῶν οὐκ εἴδομεν. quam lectionem sequitur & Euthymius; sed codices emendatiores habent, τὰ σημεῖα ἡμῶν. Quod ita legens Interpres vertit, *signa nostra*. Sic sanctus Augustinus, & Cassiodorus. quod & cum Hebræo conuenit. Sic enim in illo est אוֹתֹתֵינוּ לֹא רָאִינוּ

Post aliquot versus vers. 17. vulgata lectio habet, σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὅρια τῆς γῆς: in exemplari Vaticano est, σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὅρια τῆς γῆς. quod nimirum & Interpres sic legit: nam vertit, *Tu fecisti omnes terminos terræ*. Sic legit sanctus Augustinus: sic & Cassiodorus. Euthymio monacho placet lectio illa, σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὅρια. sed melius Theodoritus & legit & interpretatur, σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὅρια. Sic habetur & in Complutensi. Conuenit lectio hæc etiam cum Hebræo, in quo legitur אַתָּה חָצַבְתָּ כָּל גְּבוּלוֹת אָרֶץ

Vers. 23. & vlt. legitur in libris vulgatis, μὴ ἐπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν οἰκετῶν: sed melius in Vaticano, μὴ ἐπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν ἐχθρῶν. quam lectionẽ secutus Interpres vertit, *Ne obliuiscaris voces inimicorum*. Græca illa quam priorem posuimus, legitur apud Euthymium monachum, & Theodoritum; licet Euthymius admoneat in nõnullis exemplaribus inueniri scriptũ *inetῶν*, propter affinitatem vocum οἰκετῶν, & ἐχθρῶν. Sanctus Augustinus legit, *Ne obliuiscaris voces deprecantium te*, nimirum secutus eam lectionẽ τῆς ἱκετῆς σου. sed verior est, quam vulgata editio habet; & beatus Hieronymus scribens ad Suniam, confirmat Aquilæ, Symmachi, & LXX. Interpretũ testimonio. Cõuenit etiã cũ Hebræo.

PSAL. LXXIIII. vers. 2. vulgata lectio est, ἐξομολογησόμεθά σοι ὁ θεὸς, ἐξομολογησόμεθά σοι. Tantundem est in Vaticano, nisi quod in secundo ὁμολογησόμεθα non additur σοι, neque in Hebræo legitur.

Vers. 2. sequitur in vulgatis tam impressis quàm scriptis, διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. de qua lectione beatus Hieron. scribens ad Suniã, sic ait: In LXXIIII. *Narrabimus mirabilia tua*: pro quo malè apud Græcos legitur, διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Hæc Hieronymus. sed beatus Augustinus, Cassiodorus, Theodoritus, & Euthymius sequuntur lectionem hanc: *Narrabo omnia mirabilia tua*. Quamobrem apparet quòd in editione nostra Latina legitur; *Narrabimus mirabilia tua*; id legi iuxta emendationem sancti Hieronymi.

In eodem Psalmo vers. 6. vulgata lectio habet, καὶ μὰ λαλεῖτε: in Vaticano legitur sine coniunctione illa καὶ; etiam ita habet Latina editio.

PSALM. LXXVI. vers. 7. ἠδολέχουν καὶ ἔσπαλλε τὸ πνεῦμά μου. Interpres Latinus legit, ἠδολέχουν καὶ ἔσπαλλον τὸ πνεῦμά μου: itaque vertit, *Meditabar, & scopebam spiritum meum*. hanc autem esse veram lectionem affirmat sanctus Hieronymus scribẽs ad Suniam, his verbis: Pro eo quòd nos diximus *scopebam*, LXX. posuerunt ἔσπαλλον, quod Symmachus transtulit ἀνερεύνων, id est, *perscrutabar*, siue *quærebam*, & quinta similiter. hanc lectionem secutus sanctus Augustinus legit in Commentariis: *Perscrutabar spiritum meum*. Cassiodorus habet, *ventilabam in me spiritum meum*. Complutensis habet, ἔσπαλλε τὸ πνεῦμα μου. Testis est sanctus Hieronymus in Græcis codicibus ita quoque inueniri: sed ipse legit ἔσπαλλον; quare & vertit, *scopebam*. Notanda sunt quæ pro huius verbi explanatione scripsit his verbis ad Suniam: Propriè σπαλισμὸς in agricultura dicitur in sarriendo, id est sarculando, & quomodo ibi quæruntur herbæ sarculoque secentur; sic & iste retractatum cogitationum suarum metaphoricῶs à sarculo demonstrauit. Et sciendum quòd ἔσπαλλον non semel, sed frequenter significet. Eundem locum citans sanctus Athanasius in epistola ad Serapionem legit, ἤχαλλε, sed puto mendosè scriptum pro ἔσπαλλε.

In eodem Psalmo vers. 9. ἢ εἰς τέλος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀπὸ κόψει, συνετέλεσε ῥῆμα ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. in exemplari Vaticano totidem verbis legitur hic locus, exceptis illis duabus vocibus συνετέλεσε ῥῆμα: quas & beatus Hieronymus scribens ad Suniam, affirmans in exemplaribus nõ inueniri, sic ait, *à generatione in generationem*. Hoc quod Græcum sequentes, inuenisse vos dicitis συνετέλεσε ῥῆμα, id est, *consummauit verbum*, rectè non habetur in Latino, quia & in nullo habetur Interpretum. Vulgata nostra lectio nõ habet, neq. Cassiodorus, neq. S. Augustinus, Theodoritus, Euthymius & Cõplutensis habent: videntur hæ duæ voces συνετέλεσε ῥῆμα additæ ex Hebræo, in quo ita legitur זָמַר אוֹמֵר לְדוֹר וָדוֹר

Prope finem Psalmi vers. 20. vulgata lectio habet, ἐν τῇ θαλάσσῃ αἱ ὁδοί σου: sed in Vaticano exemplari legitur, ἐν τῇ θαλάσσῃ ἡ ὁδός σου. quam lectionem secutus Interpres vertit, *in mari via tua*. Sic legit beatus Augustinus & Cassiodorus.

PSAL. LXXVII. vers. 6. καὶ ἀπαγγελοῦσιν αὐτὰ, beatus Hieronymus admonet vocem illam, αὐτὰ non esse in Hebræo: in illo enim est וַיְסַפְּרוּ לִבְנֵיהֶם

In eodem Psalmo vers. 30. legitur, ἔτι δ βρώσεως ἔσης ἐν τῷ σόματι αὐτῶν: in Vaticano est, ἔτι δ βρώσεως αὐτῶν ἔσης ἐν τῷ σόματι αὐτῶν. Sic habuit Interpres. Nam vertit: *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum*. Conuenit lectio cũ Hebræo. In illo enim sic legitur עוֹד אַכְלָם בְּפִיהֶם

Sequitur vers. 31. in libris vulgatis, καὶ ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πλείοσιν. sed corrupte legitur, vt affirmat sanctus Hieronymus, scribens ad Suniam: Sic, inquit, habetur in Hebræo וַיַּהֲרֹג בְּמִשְׁמַנֵּיהֶם quod Aquila interpretatus est, ἐν ὑπόοψις αὐτ. Symmachus τοῖς ὑποφητέοις, Septuaginta, & Theodotio, & quinta editio ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν: quod qui-

quod quidam non intelligentes putauerunt ſcriptum, ἐν τοῖς πλήρεσιν: hæc Hieronymus. Corruptè autem legitur apud illum, πλείοσιν pro πίοσιν, ignoratione Græcæ linguæ factũ eſt, vt ex πίοσιν fieret mutatio in πλείοσιν, nimirum ex voce obſcuriore in clariorem, vt in multis aliis factũ videmus. quod autẽ πίων idem valeat quod *pinguior*, docent Græcarum dictionum Interpretes; & præſertim Euſtathius in Commentariis Iliados in literam τ, & aliis locis: qui & vocem hanc πίων vſitatam eſſe affirmat in ſoluta oratione, quemadmodum πίαρ apud Poetas frequentius inuenitur. Sanctus Auguſtinus ait ſe in Græcis quos habebat inueniſſe ἐν πλείοσιν. ſed interpretatur tamen illam alteram lectionem, *Occidit pingues eorum*. Cõplutenſis, Euthymius, & alij Græci mendosè habent, vt diximus, ἐν πλείοσιν.

Poſt paucos verſus verſ. 34. ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτὸς, τότε ἐξεζήτουν. in Vaticano legitur ſine coniunctione illa τότε, neque Interpres habuit.

Item illud, καὶ ὅτι ἐμνήσθησαν, in Vaticano eſt, ὅτι ἐμνήσθησαν. quam lectionẽ habet vulgata editio Latina, & conuenit cum Hebræo, quod his verbis habet לֹא זָכְרוּ

Verſ. 45. ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς κυνόμυιαν: ex beato Hieronymo diſcimus legendum eſſe κοινόμυιαν: ſic enim ſcribit ad Suniam; Cœnomyia, non vt Latini interpretati ſunt, *muſca canina* dicitur per y Græcam literam: ſed iuxta Hebraicam intelligentiam per œ diphthongon debet ſcribi, vt ſit κοινομυῖα, omne genus muſcarum: ſed Aquila παμμυῖαν, id eſt omnimodam muſcam interpretatus eſt.

Verſ. 55. καὶ ὅτι ἐθεΐσατο ἀπὸ θανάτου, in Vaticano legitur ſine coniunctione καὶ. ſic & in Hebræo. Sic in editione vulgat.

PSAL. LXXVIII. verſ. 2. quod legitur in vulgatis, ἔθεντο ἱερουσαλὴμ ὡς ὀπωροφυλάκιον. Vaticanus liber habet, ἔθεντο ἱερυσαλὴμ εἰς ὀπωροφυλάκιον. quemadmodũ & Interpres legit. ſic enim vertit, *Poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam*. ſic ſe tranſtuliſſe affirmat ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniã. ita beatus Auguſtinus. Caſſiodorus ſecutus eſt lectionem ὡς ὀπωροφυλάκιον.

In eod Pſalmo ver. 6. vulgati libri habent, ὅτι τὰ ἔθνη ἃ μὴ γνώσουτά σε. ſed Vaticanus, ὅτι ἃ ἔθνη ἃ μὴ ἐπεγνωκότα σε. quam lectionẽ ſecutus Interpres vertit: *In Gentes quæ te non nouerunt*. Ita & ſanctus Auguſtinus. lectio conuenit cum Hebræo, in quo eſt אֲשֶׁר לֹא יְדָעוּךָ

Paulò pòſt verſ. 8. in vulgatis, οἱ οἰκτιρμοί σου κύριε: Vaticanus non habet κύριε, neque Interpres habuit, neque in Hebræo legitur.

Verſ. 13. & vltim. habet iuxta vulgatos codices, ἀνθομολογησόμεθά σοι ὁ θεὸς: in exemplari Vaticano iiſdẽ verbis legitur, excepta voce illa, ὁ θεὸς: quam nec Interpres habuit, nec eſt in Hebræo. In illo enim ſic eſt נוֹדֶה לְךָ

PSAL. LXXIX. verſ. 5. quod legitur in libris tam ſcriptis quàm impreſſis, ὅτι τῷ προσδυχῷ τῶν δούλων σου: exemplar Vaticanum habet, ὅτι τῷ προσδυχῷ τοῦ δέλε σου. Ita & Interpres Latinus legit: nam vertit, *Super orationem ſerui tui*.

In eodem verſ. 12. καὶ ἕως ποταμοῦ: in Vaticano legitur, καὶ ἕως ποταμῶ. Ita & Interpres vertit, *Et vſque ad flumen*. conuenit cum Hebræo.

Item illud verſ. 15. καὶ ὑπόβλεψον ἐξ οὐρανοῦ: legitur in Vaticano ſine coniunctione illa, καὶ, quæ neque in Hebræo eſt, neque in editione noſtra vulgata Latina.

PSAL. LXXXI. verſ. 4. ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσασθε αὐτὸν: in Vaticano legitur ſine voce illa αὐτὸν: quam neque Interpres noſter habuit, neque in Hebræo eſt.

Paulò pòſt verſ. 5. σαλευθήτωσαν: in Vaticano habetur σαλευθήσονται. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *mouebuntur*. Ita legit ſanctus Auguſtinus.

PSAL. LXXXII. verſ. 9. καὶ γὺ καὶ Ασὲρ: in Vaticano legitur, καὶ γὺ Ασὲρ, neque in Hebræo eſt altera coniunctio.

PSAL. LXXXIII. verſ. 6. Μακάριος ἀνὴρ ᾧ ἔστιν. in Vaticano legitur, μακάριος ἀνὴρ ἔ ἔστιν. Ita & Interpres legens vertit, *Beatus vir cuius*.

Paulò pòſt verſ. 8. κύριος ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων: in Vaticano eſt, κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων. Ita & Interpres habuit: ſic enim vertit, *Domine Deus virtutum*. ita legit & beatus Auguſtinus.

PSAL. LXXXV. verſ. 15. in vulgatis libris eſt, καὶ σὺ κύριε ὁ θεός μου: in Vaticano legitur ſine illa voce μου. quam neque Interpres habuit, neque eſt in Hebræo. Notauit hoc ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniam his verbis. In Græco inueniſſe vos dicitis: καὶ σὺ κύριε ὁ θεός μω, id eſt, *Tu Domine Deus meus*, quod ſuperfluum eſt. *meus* enim nec in Hebræo habetur, nec in LXX.

PSAL. LXXXVI. verſ. 5. vulgati libri habent tam impreſſi, quàm ſcripti, Μήτηρ Σιὼν. ſanctus Hieronymus in explanatione huius loci affirmat ſeptuaginta Interpretes tranſtuliſſe, Μὴπ Σιὼν. cumque multi non intelligerent, addidiſſe ρ: itaque factum eſſe, vt pro μὴπ legerent μήτηρ. idque vulgò legi ſolitum aſſerit ſanctus Doctor. Itaq. non negligit lectionẽ illam, ſed interpretatur: licet & alteram quoque interpretetur, quã neque Theodoritus, neque Euthymius monachus nouerunt. Illi enim & legunt, & interpretãtur Μήτηρ Σιὼν. Et qui multis annis fuit ante Theodoritum, & Euthymium, Apollinaris in paraphraſi quam verſibus ſcripſit in Pſalmos, legit Μήτηρ Σιὼν: ſic enim habet, Μητέρα μνήσασαν ἀνὴρ Σιῶνα καλέσει. hãc lectionem ſecutus eſt ſanctus Ambroſius, vt licet videre in libro primo De fide ad Gratianum Auguſtum, & in Oratione funebri de exceſſu fratris Satyri. eandem ſequitur, & interpretatur ſanctus Auguſtinus, & Caſſiodorus. Cùm igitur tot, & tanti viri ſequantur Græcam illam lectionem Μήτηρ Σιὼν, non cenſeo mutandam eſſe in eam, quæ eſt Μὴπ, ſed vt noſtra Latina vulgata, *Nunquid Sion*, retinenda & ſeruanda eſt: ita & illa Græca in editione Græca: nullũ enim neque librũ neq. Interpretem inueni (de Græcis loquor) qui non ſic habeat Μήτηρ Σιὼν.

PSAL. LXXXVIII. verſ. 19. ὅτι τοῦ κυρίου ἡ ἀντίλημψις, Vaticanus codex habet, ὅτι τῷ κυρίου ἡ ἀντίλημψις ἡμῶν. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Quoniam Domini eſt aſſumptio noſtra*. ſanctus Auguſtinus legit, *Quoniam Domini eſt ſuſceptio*. Caſſiodorus habet, *Quoniam Domini eſt aſſumptio*. ſed editio vulgata conuenit cum Hebræo, in quo ſic legitur כִּי לַיהוָה מָגִנֵּנוּ

Verſ. 20. τότε ἐλάλησας ἐν ὁράσει τοῖς υἱοῖς σου, totidem verbis legitur in his, quæ ſcripſit beatus Hieronymus ad Suniã, niſi quòd pro Τοῖς υἱοῖς affirmat legendũ eſſe Τοῖς ἁγίοις σου. Ita enim ait omnes tranſtuliſſe. Eodem modo legit Interpres: *Tunc*, inquit, *locutus es in viſione ſanctis tuis*: conuenit lectio cum Hebræo. ſic enim in illo eſt: אָז דִּבַּרְתָּ בְחָזוֹן לַחֲסִידֶיךָ

Item illud verſ. 33. καὶ ἐν ταῖς μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν, in Vaticano legitur pro τὰς ἀδικίας τὰς ἁμαρτίας. Ita & Interpres: *& in verberibus peccata eorum*. ſanctus Auguſtinus ſecutus eſt lectionem illam, τὰς ἀδικίας αὐτῶν.

PSAL. LXXXIX. verſ. 2. quod libri vulgati tam impreſſi quàm ſcripti habent, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ. Ita legendum eſſe admonet ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniam, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ ὁ θεὸς: quod Hebraicè dicitur מֵעוֹלָם וְעַד עוֹלָם אַתָּה אֵל

Item illud verſ. 4. quod vulgata lectio habet, ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου κύριε: in exemplari Vaticano habetur ſine voce illa κύριε, neque editio noſtra habet, neque ſanctus Auguſtinus, neque in Hebræo legitur.

Item illud verſ. 10. ὅτι ἐπῆλθε πραΰτης ἐφ ἡμᾶς, ſanctus Hieronymus admonet legendum ſine vocibus illis ἐφ' ἡμᾶς. ait enim hoc ſuperfluum eſſe.

PSALM. XCIII. verſ. 9. quod legitur iuxta vulgatos codices, ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν, οὐχὶ κατανοεῖ: apud Philonem in libro περὶ φυτουργίας habetur, ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμόν,

θαλμὸν, ἐχὶ ὀπτελέψει. hæc lectio cõuenit cũ Hebræo, vt videre poterunt qui Hebræam linguã bene norunt.

PSAL. XCVII. verſ. 3. in vulgatis legitur, ἐμνήσθη τῷ ἐλέους αὐτοῦ τῷ Ιακωϐ. ſed beatus Hieronymus ſcribens ad Suniam, admonet illud τῷ Ιακωϐ eſſe ſuperfluum: neque enim in Hebræo eſt, neque in codicibus emendatis, neque Latina editio vulgata habet.

PSAL. CXVIII. in litera Daleth verſ. 27. iuxta vulgatam lectionem in Græcis libris habetur, ἐνύσαξεν ἡ ψυχή μου · quod Interpres Latinus vertit, *Dormitauit anima mea*; ſanctus Ambroſius legit, *ſtillauit anima mea*: ſed in explanatione affirmat aliquos codices habere *dormitauit*, quia ἐνύσαξεν, & ἔσταξεν duabus literis diſtant; potuit, inquit, Interpres, vel antiquarius ſcriptor hic falli. Et paulò pòſt idem Ambroſius, Qui facilioribus, inquit, laborum vtuntur compendiis, *dormitauit*, accipiunt. Sed Origenes qui multorum interpretationes diligenti diſcuſſit indagine, *ſtillauit*, ſecutus eſt. hæc ſanctus Ambroſius. Sed beatus Auguſtinus, & Caſſiodorus legunt, *dormitauit*, quemadmodum & editio noſtra vulgata habet. Sanctus Hieronymus in his quæ vertit ex Hebræo, legit, *diſtillauit anima mea*.

In eodem in litera Vau & verſ. 41. legitur in libris impreſſis, τὸ σωτήριόν σου κζ τὸν λόγον σου. ſed in Vaticano habetur τὸ σωτήριόν σου κζ τὸ λόγιόν σου: quæ lectio cum illa conuenit quam habet vulgata editio, *Salutare tuum ſecundum eloquium tuum*.

Paulò pòſt in eadem litera Vau verſ. 47. vulgati libri Græci habent, αἷς ἠγάπησα σφόδρα. ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniam, dicit vocem illam σφόδρα additam & ſuperfluam eſſe.

Verſ. 68. in litera Teth χρηστὸς εἶ σὺ κύριε: in Vaticano legitur, χρηστὸς εἶ σὺ. ita legit & Interpres: nam vertit, *bonus es tu*. Illud κύριε neque in Hebræo eſt.

Paulò pòſt in eadem litera Teth verſ. 69. ἐγὼ δὲ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου: in Vaticano legitur ſine voce illa μου: quam & beatus Hieronymus additam eſſe affirmat. non eſt in editione noſtra vulgata, neque in Hebræo.

In eodem Pſal. ver. 105. λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, in Vaticano, λύχνος ϖοῖς ποσί μου ὁ λόγος σου; quã lectionem ſecutus Interpres vertit, *Lucerna pedibus meis verbum tuum*: Ita legit ſanctus Auguſtinus, & ante illum ſanctus Ambroſius & Caſſiodorus. Conuenit etiam cum Hebræo, in quo ſic legitur נֵר לְרַגְלִי דְבָרֶךָ

Paulò pòſt in litera Nun verſ. 109. vulgati libri Græci tam ſcripti quàm impreſſi habent ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί σου, interpres legit ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί μου: Itaque vertit, *Anima mea in manibus meis*. hanc lectionem approbans ſanctus Hieronymus, ſcribens ad Suniam, ait; Sciendum eſt & apud Hebræos, & apud LXX, & apud omnes alios Interpretes ſcriptum eſſe *in manibus meis*, & non *in manibus tuis*, quod Hebraicè dicitur; & omnes apud Græcos Eccleſiaſtici Interpretes iſtum locum ſic ediſſerunt; & eſt breuiter hic ſenſus: Quotidie periclitor, & quaſi in manibus meis ſanguinẽ meum porto, & tamen legem tuam non obliuiſcor: hæc ſanctus Doctor. beatus Ambroſ. in Commentariis quæ ſcripſit in hunc Pſalmum, aſſerit duobus modis hunc locum ſcriptum inueniri; ἐν ταῖς χερσί μου, & ἐν ταῖς χερσί σου. ſed in plerisque legi, ἐν ταῖς χερσί σου. ſanctus Auguſtinus: Nonnulli, inquit, codices habent, *in manibus meis*: ſed plures *in tuis*. Et hoc quidem planum eſt. *Iuſtorum enim animæ in manu Dei ſunt*. *Anima verò mea in manibus meis*, quomodo intelligatur ignoro. Caſſiodorus monachus ſecutus eſt lectionem illam: *Anima mea in manibus tuis*. Theodoritus & Euthymius legunt, & interpretantur, *Anima mea in manibus tuis*: ſed melius, vt diximus, legitur, *Anima mea in manibus meis*, vt in editione vulgata habetur, & in Hebræo in quo eſt, בַּכַּפִּי תָּמִיד

In eodem Pſalmo in litera Pe verſ. 136. διεξόδους ὑδάτων κατέδυσαν οἱ ὀφθαλμοί μου. ſanctus Ambroſius tractans hunc locum, hæc ſcripſit: Sunt codices qui habent διεξόδους ὑδάτων κατεϐίϐασαν οἱ ὀφθαλμοί μου. ſed ego in Græco codice meo κατέϐησαν legi, hoc eſt, *deſcenderunt*: in quo poteſt fieri, vt in vtramlibet partem duarum adiectione, aut diminutione literarum ſcriptor errauerit. hæc ſanctus Ambroſius. Videtur Interpres Latinus ſecutus lectionem illam διεξόδους ὑδάτων κατεϐίϐασαν οἱ ὀφθαλμοί μου vertiſſe, *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei*. beatus Hilarius legit, *Exitus aquarum tranſierunt oculi mei*. ſanctus Auguſtinus legit, *Exitus aquarum deſcenderunt oculi mei*, videtur legiſſe διεξόδους ὑδάτων κατέϐησαν οἱ ὀφθαλμοί μου. Teſtatur idẽ Doctor ſe in nõnullis codicibus legiſſe, *tranſierunt oculi mei*. ſanctus Hieron. vertit ex Hebræo, *Riui aquarum fluebant de oculis meis*. Item quod ſequitur ἐϖεὶ ἐφύλαξα τὸν νόμον σου, in codicibus emendatis legitur, ἐϖεὶ ἐφύλαξαν τὸν νόμον σου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit: *Quoniam non cuſtodierunt legem tuam*. in Hebræo etiam legitur, עַל לֹא שָׁמְרוּ

In eodem legitur in litera Sade verſ. 138. κὴ ἀλήθειαν σφόδρα. in aliis autem emendatis, κὴ ἀλήθειαν σϐ σφόδρα. quam lectionem ſecutus Interpres vertit: *& veritatem tuam nimis*. Ita legit ſanctus Hilarius, & beatus Auguſtinus, & Caſſiodorus monachus.

In eodem Pſalmo legitur iuxta nonnullos impreſſos codices ἐφύλαξεν ἡ ψυχή μου τὰ μαρτύριά σου κὴ ἠγάπησεν. emẽdati libri habent poſt verbum illud ἠγάπησεν, αὐτὰ σφόδρα.

PSAL. CXIX. verſ. 2. illud ἀπὸ χειλέων ἀδίκων κὴ ἀπὸ γλώσσης δολίας ſine coniunctione illa κὴ legendum eſſe affirmat beatus Hieronymus ſcribens ad Suniam. neque in Hebræo eſt coniunctio.

PSAL. CXX. verſ. 3. quod legitur, μὴ δώῃς εἰς σάλον τὸν πόδα σου, in codicibus emendatis habetur, μὴ δώῃ εἰς σάλον τὸν πόδα σου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Non det in commotionem pedem tuum*. Ita legit & interpretatur ſanctus Hilarius. beatus Auguſtinus ſequitur lectionem illam μὴ δώῃς. Ita Chryſoſtomus, Theodoritus, & Euthymius monachus. Editio Complutenſis habet μὴ δώῃ. quod etiam cõuenit cum Hebræo: ſic enim in illo legitur, צַל יִתֵּן

PSALM. CXXIII. verſ. 3. quod legitur, ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐφ' ἡμᾶς: Vaticanus codex habet ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐφ' ἡμᾶς. Ita legit Interpres: nam vertit, *Cùm iraſceretur furor eorum ſuper nos*. Ita legit ſanctus Hilarius, niſi quod pro *furor eorum*, habet, *animus eorum*. Sanctus Auguſtinus legit, vt habet vulgata noſtra editio; quæ conuenit cum Hebræo, ſic enim in illo eſt אַפָּם בָּנוּ

PSALM. CXXVI. verſ. 5. & vlt. quod impreſſi libri habent, μακάριος, ὃς πληρώσει, in Vaticano legitur, μακάριος ἀνὴρ, ὅς πληρώσῃ: Atque ita legendum eſſe docet ſanctus Hieronymus, ſcribens ad Suniam. Eandem lectionem ſecutus Interpres vertit, *Beatus vir qui implebit*. beatus Ioannes Chryſoſtomus legit, μακάριος ἄνθρωπος. Conuenit lectio cum Hebræo.

Extremus verſus eiuſdem Pſalmi legitur in libris vulgatis, ὃ καταισχυνθήσονται ὅταν λαλῶσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν ἐν πύλαις, in Vaticano exemplari leguntur hæc totidem verbis, niſi quod pro αὐτῶν habetur ἀυτοῦ. Ita legit & ſanctus Ioannes Chryſoſtomus in explanatione huius Pſalmi.

PSALM. CXXVII. verſ. 6. & vlt. quod legitur in libris vulgatis, κὴ ἴδοις υἱοὺς τῶν υἱῶν σου εἰρὴνη ἐπὶ τὸν ἰσραήλ: in exemplari Vaticano habetur totidem verbis; niſi quòd pro εἰρὴνη ἐπὶ τὸν ἰσραὴλ, legitur εἰρὴνην ἐπὶ τῷ ἰσραήλ. quam lectionem ſecutus eſt ſanctus Hilarius: ſic enim habet: *Et videas filios filiorum tuorum, & pacem ſuper Iſrael*. Ita legit & Arnobius in Commentariis: *Et videas*, inquit, *filios filiorum tuorum pacem ſuper Iſrael*. beatus Ioannes Chryſoſtomus legit, εἰρὴνη ἐπὶ τὸν ἰσραὴλ. Ita Theodoritus & Euthymius.

PSALM.

PSALM. CXXIX. verſ. 4. quod libri tam impreſſi quàm ſcripti habent ἕνεκεν τ̃ ὀνόματός σου διὰ τέμενά σε κύριε, in libris emendatis legitur, ἕνεκεν τ̃ νόμου σου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Propter legem tuam ſuſtinui te Domine.* In Complutenſi habetur, ἕνεκεν τ̃ ὀνόματός σου. Ita in Commentariis Theodoriti & Euthymij. Sanctus Ioannes Chryſoſtomus licet legat ἕνεκεν τ̃ ὀνόματός σου: affirmat tamen apud nonnullos legi ἕνεκεν τ̃ νόμου σου. Fatetur ſanctus Hieronymus plura exemplaria inueniri, quæ habeant, ἕνεκεν τ̃ ὀνόματός σου. ſed tamen veram lectionem eſſe aſſerit, ἕνεκεν τ̃ νόμου σου. hanc & vulgata noſtra lectio habet, Arnobius, Hilarius, Auguſtinus, & Caſſiodorus. Conuenit etiam cum Hebræo, in quo eſt: וְלְמַעַן תּוֹרָתְךָ הוֹחַלְתִּי

PSALM. CXXX. verſ. 2. impreſſi libri, & plerique manuſcripti habent, ὡς ἀνταποδώσεις ὅτι τ̃ ψυχ̃ μου. in quibuſdam verò emendatis legitur, ὡς ἀνταπόδωσις ὅτι τ̃ ψυχ̃ μου. hanc lectionem habuit Interpres. ſic enim vertit: *Ita retributio in animam meam.* Eodem modo legit Arnobius, & beatus Auguſtinus, Hilarius, & Caſſiodorus legunt: *Sic retribues in animam meam.*

PSALM. CXXXII. verſ. 2. legitur, τὸν ὠγωνα τὸν Α'αρὼν. in aliis emendatioribus habetur, τὸν ὠγωνα τ̃ Α'αρὼν.

PSAL. CXXXV. verſ. 4. quod legitur, τ̃ ποιήσαντι φῶτα μεγάλα μόνῳ, beatus Hieronymus in iis quæ ſcripſit ad Suniam, affirmat ſuperfluam eſſe hoc loco vocem illam μόνῳ. neque editio noſtra vulgata habet.

PSAL. CXXXVII. verſ. 1. legitur, καὶ ἐναντίον ἀγγέλων. in Vaticano habetur ſine illa coniunctione καὶ, quæ neque in vulgata editione Latina eſt, neque in Hebræo.

In eodem legitur verſ. 5. καὶ ᾄσάτωσαν ἐν τ̃ ᾠδαῖς κυρίου: ſed in exemplari Vaticano habetur, καὶ ᾄσάτωσαν ἐν ταῖς ὁδοῖς κυρίου. Sic & Interpres habuit: ſiquidem vertit, *Et cantent in viis Domini.* Conuenit lectio cum Hebræo, in quo eſt וְיָשִׁירוּ בִּדְרָכֵי יְהוָה

PSAL. CXXXVIII. verſ. 4. vulgata lectio habet ὅτι οὐκ ἔστι λόλος ἐν γλώσσῃ μου. beatus Hieronymus ſcribens ad Suniam, affirmat legendum, ὅτι οὐκ ἔστι λόγος ἐν γλώσσῃ μου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Quia non eſt ſermo in lingua mea.* Conuenit etiam cum Hebræo, in quo ita legitur: כִּי אֵין מִלָּה בִּלְשׁוֹנִי

PSAL. CXXXIX. verſ. 6. vulgati libri habent, καὶ κοινία δίκτεναν παγίδα τ̃ ποσί μου. At beatus Hieronymus in his quæ ſæpè citauimus, affirmat ſuperfluum eſſe illud, τοῖς ποσί μου: quod neque in editione vulgata eſt, neque in Hebræo.

Paulò pòſt, verſ. 8. ἐπεσκίασας ὅπλα τ̃ κεφαλ̃: in Vaticano legitur, ἐπεσκίασας ὅπλα τ̃ κεφαλ̃ μου, quemadmodũ & Interpres legit, & in Hebræo eſt: ſic enim in illo habetur, סַכּוֹתָ לְרֹאשִׁי

In eodem legitur verſ. 13. ποιήσει κύριος τ̃ κρίσιν τ̃ πτωχοῦ. ſed Vaticanus codex habet, ποιήσει κύριος τ̃ κρίσιν τ̃ πτωχοῦ. Ita & Interpres habuit. Conuenit lectio cum Hebræo in quo eſt וַיַּעַשׂ יְהוָה דִּין עָנִי

PSAL. CXL. verſ. 7. vulgatus codex habet, διεσπορπίσθη τὰ ὀστᾶ αὐτ̃. Vaticanus verò, διεσπορπίσθη τὰ ὀστᾶ ἡμ̃. ita legit Interpres Latinus, atque ita legendum eſſe affirmat ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniam: ſic etiam habetur in Hebræo.

PSAL. CXLIII. verſ. 3. pro eo quod vulgati libri habent, ὅτι λογίζῃ αὐτ̃; Vaticanus habet, ὅτι λογίζῃ αὐτὸν: atque ita legens Latinus Interpres vertit, *Quia reputas eum.*

In eodem verſ. 5. legitur in vulgatis, κύριε κλῖνον οὐρανούς, ſed in Vaticano habetur, κύριε κλῖνον οὐρανούς σου. hoc vertit Interpres Latinus: *Domine inclina cælos tuos.* Conuenit lectio cum Hebræo.

PSAL. CXLVII. verſ. 16. quod legitur, διδόντος χόνα αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον, in Vaticano exemplari eſt, διδόντος χόνα ὡσεὶ ἔριον: quã lectionẽ ſecutus Interpres vertit, *Qui dat niuem ſicut lanam.* Conuenit lectio cũ Hebræo.

Verſ. 19. vulgati codices habẽt, ὁ ἀπαγγέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τ̃ Ιακώβ, ſed in Vaticano exemplari legitur, ὁ ἀπαγγέλλων τὸν λόγον αὐτοῦ. hanc lectionem ſequens Latinus Interpres vertit, *Qui annuntiat verbũ ſuũ Iacob.*

PSAL. CXLIX. verſ. 9. & vlt. legitur iuxta vulgatos codices δόξα αὕτη ἔσται πᾶσι: ſed Vaticanus habet δόξα αὕτη ἔστι πᾶσι. ſic legens Latinus Interpres vertit, *Gloria hæc eſt omnibus.* licet Theodoritus, & plerique Græci tam codices, quàm Interpretes habeant ἔσται. Tamen beatus Auguſtinus legit: *Gloria hæc eſt omnibus.* Et ante illum Arnobius, & poſtea Caſſiodorus monachus. At ne quis putet in ſolis noſtris Latinis ita legi, addam non in ſolo Vaticano exemplari legi, δόξα αὕτη ὅτι, verumetiam in Commentariis ſancti Ioannis Chryſoſtomi, qui legit, & interpretatur, δόξα αὕτη ὅτι πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ.

FINIS.

Eruditiſs. iſtas in Græcum Pſalterium notationes, dignas quæ typis mandentur, cenſemus. Anno 1571. Poſtridie Calend. Nouembris.

Auguſtinus Hunnæus.

Cornelius Reyneri Goudanus.

Johannes Harlemius.

VARIÆ LECTIONES IN LATINIS BIBLIIS EDITIONIS VVLGATÆ,

EX VETVSTISSIMIS MANVSCRIPTIS EXEMPLARIBVS COLLECTÆ, ET AD TEXTVM HEBRAICVM, CALDAICVM, GRÆCVM ET SYRIACVM EXAMINATÆ,

Opera & industria aliquot Theologorum in Academia Louaniensi.

PRÆFATIO IOHAN. HARLEMII.

CVM apud omnes sacrarum literarum peritos magno semper in precio habita fuerint Biblia olim Compluti studio, & sumptibus Ximenii Cardinalis impressa; non immeritò placuit viris illis doctissimis, quibus à Rege Catholico horum magnorum & regiorum Bibliorum cura commissa erat, vt in hoc sacro opere ex illis Complutensibus Bibliis, vulgatæ editionis textus imprimeretur; &, si quæ præterea inuenirentur in antiquis manuscriptis exemplaribus ab hoc textu variæ lectiones, eæ ad finem totius operis adiungerentur. Quod vt fieret accuratius, præter ea manuscripta, quibus olim in editione Bibliorum Louanienſium D. Hentenius vir doctissimus vsus erat, quorum aliquot nobis ex diuersis bibliothecis connumerata fuerunt, alia quindecim ab eximio Theologo Domino Augustino Hunnæo nobis suppeditata sunt, qui ea summo labore, nec exiguis sumptibus ex variis locis sibi comparauerat. Ad hæc, cùm varias vulgatæ Latinæ editionis lectiones inuenimus, quænam earum ad textum Hebræum, Caldæum & Græcum in veteri instrumento; aut ad Syrum & Græcum in nouo, propius accedat, indicare voluimus; tum quòd hoc omnibus sacrarum literarum studiosis longè gratissimum fore putaremus; tum quòd turbatis riuulis ad fontes recurrendum esse excellentes doctores, atque Ecclesiæ Catholicæ lumina semper iudicauerint. certè B. Hieronymus in epistola ad Suniam & Fretellam ita loquitur: Sicut, inquit, in nouo testamento, si quando apud Latinos quæstio exoritur, & est inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontes Græci sermonis, quo nouum scriptum est instrumentum; ita in veteri testamento, si quando inter Græcos, Latinosque diuersitas est, ad Hebraicam recurrimus veritatẽ, vt quicquid de fonte proficiscitur, hoc quæramus in riuulis. Hæc B. Hieronymus; cuius sententiã secutus B. Augustinus cap. 11. libri secundi de doctrina Christiana in hunc modum scribit. Latinæ linguæ homines, quos nunc instruendos suscepimus, & duabus aliis ad scripturarum diuinarum cognitionem habent opus, Hebræa scilicet, & Græca, vt ad exemplaria præcedentia recurratur, si quam dubitationẽ attulerit Latinorũ interpretum infinita varietas. Hæc ille. Porrò, vt breuiter & facilè quæ lectio cum Hebræo, aut Caldæo, aut Græco, aut Syro textu magis conueniat, exemplaribus discrepantibus, significaremus, his quatuor literis H. C. G. S. compendii causſa vsi sumus. Vbi verò vel certò statui non potuit, quæ lectio ad fontes propiùs accederet, vel locus de quo agebatur non erat vsque adeo magni momenti, notis illis prætermissis, hoc signum dumtaxat asscripsimus Ms. quo significatur lectionẽ illam in aliquibus manuscriptis exemplaribus inueniri. Quòd si locus occurrebat in quo suspicabamur à librariis errorem aliquem per incuriam fortassis esse commissum, qui tamen ex manuscriptorum collatione deprehendi non poterat, eum cùm sine fide alicuius exemplaris manuscripti inter varias lectiones collocare non auderemus, ad finem harum lectionum adiecimus. Atq; vt ad oculum appareret in quo lectionum varietas posita sit, ea verba, in quibus codices discrepant, alio genere characteris excudi curauimus. Cæterùm quicquid in hac re præstitum est, id totum Catholicæ atque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, cuius est de germana sacræ scripturæ lectione, & vera eiusdem interpretatione statuere, iudicio ac censuræ libenter submittimus.

EXPLICATIO QVORVNDAM SIGNORVM QVIBVS IN HIS VARIIS LECTIONIBVS VSI SVMVS.

Ms. significat lectionem diuersam à lectione textus impressi in his Bibliis regiis, petitam tamen ex aliquo vel aliquibus vetustis editionis vulgatæ codicibus manuscriptis.

H. significat quæ inter variantes lectiones propius accedat ad textum Hebraicum.

C. Paraphrasim Caldaicam in Bibliis regiis excusam.

G. textum Græcum in iisdem Bibliis positum.

S. lectionem Syriacam noui testamenti eorundem Bibliorum.

Hier. in prophetis, notat quam lectionem habeat D. Hieronymus in textu adiuncto ipsius in prophetas commentariis.

IN GENESI.

CAP. 1.

4 Diuisit *Deus* lucem à tenebris. MS. H. C. G. *pro*, diuisit lucem, &c.

Hanc lectionem, & sequentes omnes sic lege. Geneseos capite 1. versu 4. Diuisit *Deus* lucem à tenebris. *legunt quædam exemplaria Manuscripta, quibus fauet textus Hebræus, Caldæus, & Græcus* pro *eo quod alia Manuscripta & Codex Complutensis seu Biblia Regia legunt,* Diuisit lucem à tenebris, *omittendo vocula,* Deus.

25 species suas *et* iumenta. MS. H. C. G. *pro*, species suas, iumenta.

CAP. 2.

24 et matrem *suam*, et adhærebit. MS. H. C. *pro*, & matrem, & adhærebit.

CAP. 3.

21 Cui dixit, quis enim indicauit. MS. H. C. G. *pro*, Cui dixit *Dominus*, quis enim indicauit.

15 *Ipse* conteret caput tuum. MS. H. C. G.

Irenæus lib. 3. aduersus hæreses cap 38. videtur legere, Ipsum *conteret caput tuum, vt referatur pronomen ad semen. quam lectionem etiam admittunt Hebræa & Chaldæa* pro, *Ipsa* conteret caput tuum. *quæ lectio est in pluribus Manuscriptis.*

23 *et* emisit eum Dominus. MS. H. C. G. *pro*, emisit eum Dominus.

CAP. 5.

3 genuit ad imaginem. MS. H. C. G. *pro*, genuit *filium* ad imaginem.

CAP. 8.

5 Decimo *autem* mense. MS. G. *pro*, Decimo *enim* mense. H. C. Decimo mense.

CAP. 9.

16 Inter Deum & *inter* omnem animam viuentē. MS. H. C. G. *pro*, inter Deum & omnem animam viuentem.

CAP. 8.

17 Hoc *erit* signum fœderis. MS. *pro*, hoc *est* signum fœderis.

CAP. 10.

7 Saba, *et* Heuila. MS. H. C. G *pro*, Saba, Euila.

9 *Ob* hoc exiuit prouerbium. MS. H. C. G. *pro*, *Ab* hoc exiuit prouerbium.

22 Et Arphaxad, *et* Lud. MS. H. C. G. *pro*, Et Arphaxad, Lud.

CAP. 11.

10 Hæ generationes Sem. MS. H. C. G. *pro*, Hæ *sunt* generationes Sem.

13 Postquam genuit Sale, *quadringentis* tribus annis. MS. H. C. *pro*, postquam genuit Sale, *trecentis* tribus annis.

CAP. 12.

1 In terram quam *monstrabo* tibi. MS. *pro*, In terram quam *monstrauero* tibi.

7 Apparuit*que* Dominus Abram. MS. G. *pro*, Apparuit *autem* Dominus Abram.

CAP. 13.

2 Erat autem diues valde *Abram* in possessione. MS. H. C. G. *pro*, erat autem diues valde in possessione.

7 Vnde *et* facta est rixa. MS. H. C. G. *pro*, vnde facta est rixa.

16 Si quis *possit* hominum. MS. *pro*, si quis *potest* hominum.

17 Surge & perambula terram. MS. H. C. G. *pro*, surge *ergo* & perambula terram.

CAP. 14.

7 Et venerunt ad fontem Misphat. MS H. C. G. *pro*, Venerunt *vsque* ad fontem Misphat.

10 Rex Sodomorum & Gomorrhæ. MS. H. *pro*, & *Rex* Gomorrhæ.

11 Sodomorum & *Gomorrhæ*. MS. H. C. G. *pro*, Sodomorum & *Gomorrhæorum*.

CAP. 16.

1 non genuerat liberos. MS. *pro*, non genuerat *sibi* liberos. H. C. G. *legunt* non genuerat *ei*, (*scilicet Abrahamo*) liberos.

3 Cumque ille *acquieuisset* deprecanti. MS. H. C. G. *pro*, Cumque ille *ac quiesceret* deprecanti.

13 Vocauit autem nomen Domini. MS. H. C. G. *pro*, vocauit autem *Agar* nomen Domini.

CAP. 17.

4 Ego sum, & pactum meum tecum. MS. H. G. *pro*, & *ponam* pactum meum tecum.

20 Et faciam illum in gentem magnā. MS. H. C. G. *pro*, et faciam illum *crescere* in gentem.

23 Vniuersosque quos emerat cunctos mares. MS. H. C. *pro*, *et* cunctos mares.

CAP. 18.

2 De ostio tabernaculi, & adorauit in terram. MS. H. C. *pro*, tabernaculi *sui*.

13 Quare risit Sara dicens. MS. H. C. G. *pro*, quare risit Sara *vxor tua* dicens.

24 Nequaquam *facies* iudicium. MS. *pro*, nequaquam *facias* iudicium *hoc. Secūdum Hebraica videtur legendum per interrogationem.* Qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium? q.d. omnino facies æquum & iustum.

CAP. 19.

1 Qui cùm vidisset, surrexit. MS. H. C. G. *pro*, qui cùm vidisset *eos*.

4 Vallauerunt domum à puero vsq. ad senem. MS. H. C. G. *pro*, Vallauerunt domum *illius* à puero vsque ad senem.

14 Surgite egredimini de loco isto. MS. H. C. *pro*, surgite, *et* egredimini de loco isto.

CAP. 21.

6 Risum fecit mihi Deus, quicunque audierit. MS. H. C. G. *pro*, Risum fecit mihi Deus, *&* quicunque audierit.

20 Et fuit cum eo. MS. H. C. G. *pro*, Et fuit *Deus* cum eo.

CAP. 24.

7 Dominus Deus cæli, qui tulit me. MS. H. C. G. *pro*, Dominus Deus cæli *& terræ* qui tulit me.

12 *Dixit*, Domine Deus. MS. H. C. G. *pro*, *orauit Dominum dicens*, Domine Deus.

16 Et impleuerat hydriam ac reuertebatur. MS. H. C. G. *pro*, hydriam *aquæ* ac reuertebatur.

10 & *vixerunt*. MS. Hieron. H. G. C. *pro*, & *reuixerunt*.

CAP. 38.

2 contra Gog, terram. MS. Hier. H. C. *pro*, & terram. ſicut G. tamen habent.

8 in *nouiſſimis* annorum venies. MS. *pro*, in *nouiſſimo*. ſicut tamen H. G. & C. habent.

CAP. 39.

2 & *ſeducam* te. MS. *pro*, & *educam* te. H. habent, *ſextabo* te. G. *deducam*. Hieron. *reducam*, & *deducam*.

18 Arietum, agnorum. MS. Hier. H. *pro*, & agnorum. ſicut G. tamen habent.

23 *Eo* quòd *dereliquerint* me. MS. Hier. H. G. *pro*, & quòd *reliquerit* me.

CAP. 40.

16 Pictura palmarum. Et. MS. H. G. C. *pro*, palmarum *cælata*.

33 & *veſtibula eius* in circuitu. MS. H. C. *pro*, & *veſtibulorum* in.

39 vt *immolaretur*. MS. *pro*, vt *immoletur*.

45 Sacerdotum *erit*, qui excubant. MS. *pro*, Sacerdotum qui. ſicut tamen H. & G. habent.

CAP. 41.

7 Ad ſuperiora in mediũ. MS. H. C. *pro*, & in medium. ſicut tamen Hier. & G. habent.

CAP. 43.

12 *Omnis finis* eius. MS. H. C. *pro*, *omnes fines* eius. ſicut tamen Hier. habet.

24 offerent eos holocauſtum. MS. H. G. C. *pro*, *in* holocauſtum.

27 Expletis autem diebus. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *ſeptem* diebus.

CAP. 44.

4 Ianitores domus in omni. MS. Hieron. H. G. C. *pro*, & in omni.

CAP. 45.

7 *Longitudinem* autem. MS. *pro*, *longitudinis*.

15 quæ *nutriunt*. MS. *pro*, *nutriuit*. H. & C. habent, de *irriguo*, vel, *pinguibus*. Hieron. habet *nutrit*.

20 & expiabitis. MS. Hier. H. C. *pro*, *expiabis*.

CAP. 46.

11 *de* agnis autem. MS. *pro*, *in* agnis autem. ſicut H. habent. Hieronymus habet, Agnis autem.

CAP. 47.

12 Lignum *fructiferum*. MS. *pro*, *pomiferum*. ſicut tamen Hier. habet: habet etiã *frugiferum*. H. G. & C. habent, lignum *cibi*, *comeſtibile*, ſeu, *cuius fructus comeditur*.

17 ad Aquilonem, & terminus. MS. H. G. C. *pro*, ad Aquilonem terminus. ſicut Hier. tamẽ habet.

18 Metiemini, *etiam* plagam. MS. H. C. *pro*, metiemini plagam.

CAP. 48.

1 Damaſci *ad Aquilonem*. MS. Hier. G. *pro*, *ab Aquilone*.

2 Et *ad terminum* Dan. MS. *pro*, *à termino*. ſicut tamen Hier. & G. habent. H. & C. habent, *ſuper*, vel *iuxta terminum* Dan.

12 Et erunt *eis* primitiæ. MS. H. G. C. *pro*, & erunt primitiæ. ſicut tamen Hier. habet.

21 Sed & *ad mare*, è regione. MS. H. G. *pro*, *à mari*.

31 ciuitatis *in* nominibus tribuum Iſrael. MS. G. *pro*, ciuitatis nominibus. Hieron. habet, *ex* nominibus. H. & C. *ſuper*, ſiue, *ſecundum* nomina tribuum Iſrael.

IN DANIELE PROPHETA.

CAP. 1.

5 Et *de* vino, vnde. MS. Hier. H. G. *pro*, & vino, vnde.

CAP. 2.

2 Præcepit *ergo* Rex. MS. Hier. *pro*, Præcepit *autẽ* Rex. H. & G. habent, *Et* dixit rex.

8 *Reſpondit* rex, & ait. MS. Hier. C. *pro*, *reſpondit q3*. ſicut G. tamen habent.

23 Tibi Deus patrum *meorum* confiteor. MS. G. *pro*, *noſtrorum*. ſicut Hier. tamen habet. C. habent, *patris mei*.

40 erit velut *ferrum*. MS. Hier. C. G. *pro*, *ferreum*.

41 partem *teſtæ* figuli. MS. C. *pro*, *teſteam*. ſicut G. habent. Hier. habet, *teſtam*.

47 & Dominus regum, & reuelans. MS. Hier. C. G. *pro*, regum, reuelans.

48 & præfectum *magiſtratuum*. MS. Hier. C. *pro*, & præfectum & *magiſtrum*. G. habent, & principem *ſatraparum*.

CAP. 3.

14 quam *erexi*. MS. *pro*, *conſtitui*. ſicut Hier. tamen habet. C. habent, quam *ſtare feci*.

33 & his qui *colunt* te. MS. Hier. *pro*, *colebãt*. G. habent, & *colentibus* te.

52 & laudabilis, & ſuperexaltatus. MS. G. *pro*, & laudabilis, & *glorioſus*, &. ſicut Hier. tamẽ habet.

54 & *ſuperglorioſus* in ſecula. MS. G. *pro*, & *ſuperexaltatus*, ſicut Hier. tamen habet.

65 Benedicite omnis ſpiritus Domino. MS. G. *pro*, omnis ſpiritus *Dei* Domino. ſicut Hier. tamen habet.

67 Benedicite frigus & *æſtus*, ſeu, *cauma*. MS. G. *pro*, *æſtas*. ſicut Hier. tamen habet.

92 Reſpondit & ait. MS. C. *pro*, Reſpondit *rex*, & ait. ſicut tamen Hier. & G. habent.

100 & regnũ eius, regnum ſempiternũ. MS. C. G. *pro*, & regnũ eius, *quia* regnum. ſicut Hier. tamen habet.

CAP. 4.

6 Princeps ariolorum, *quem* ego ſcio. MS. Hier. in commẽt. G. *pro*, *quoniam* ego. ſicut tamen Hier. habet.

24 forſitan ignoſcet delictis. MS. H. G. *pro*, ignoſcet *Deus* delictis. ſicut Hier. tamen habet.

25 Omnia venerunt ſuper. MS. C. *pro*, Omnia *hæc* venerunt. ſicut tamen Hier. & G. habent.

27 Babylon magna. MS. C. G *pro*, Babylon *ciuitas* magna. ſicut Hier. tamen habet.

28 regnum *tranſiit* à te. MS. C. *pro*, regnum *tuum tranſibit* à te. Hier. & G. habent quidẽ *tranſiit*: ſed habent quoque, *tuum*.

29 & cum beſtiis feris. MS. *pro*, & feris. ſicut tamẽ Hier. habet. C. & G. habent, & cum beſtiis agreſtibus, ſeu, agri.

30 Et vngues eius quaſi auium. MS. C. G. *pro*, quaſi *vngues* auium, ſicut Hier. tamen habet.

34 & viæ eius iudicia. MS. Hi. C. G. *pro*, *omnes* vię.

CAP. 5.

8 nec interpretationem indicare regi. MS. Hier. G. *pro*, nec interpretationem *eius* indicare.

12 Intelligentiaque, interpretatio. MS. *pro*, & interpretatio. ſicut Hier. tamen habet. C. habent, & intellectus interpretans. G. coniectura cognoſcens.

CAP. 6.

7 Principes regni, magiſtratus. MS. C. *pro*, regni *tui*. ſicut tamen Hier. & G. habent.

27 de *manu* leonum. MS. C. *pro*, de *lacu* leonum. ſicut Hier. tamen habet. G. habent, ex *ore* leonum.

CAP. 8.

14 & mane, duo milia. MS. H. *pro*, & mane, *dies* duo milia. ſicut tamen Hier. & G. habent.

16 fac intelligere *iſtum* viſionẽ. MS. H. G. *pro*, *iſtam*. ſicut Hier. tamen habet.

CAP. 9.

3 Ad Dominum Deum, rogare. MS. Hier. H. G. *pro*, Deum *meum*, rogare.

20 *Et* proſternerem preces. MS. H. G. *pro*, *vt* proſternerem preces. ſicut Hieronym. tamen habet.

21 in oratione, ecce vir. MS. Hier. H. G. *pro*, in oratione *mea*, ecce.

23 Tu *ergo* animaduerte. MS. Hier. *pro*, *autem*. H. & G. habent, *&*.

24 Impleatur viſio, & *prophetes*. MS. H. *pro*, *prophetia*. ſicut Hier. & G. tamen habent.

CAP. 10.

1 Anno tertio Cyri. MS. Hieron. H. G. *pro*, Anno tertio *regni* Cyri.

17 Nihil in me remãſit. MS. *pro*, nihil *enim* in me. ſicut Hier. tamen habet. H. & G. habent, *Et* ego ex tunc &c.

20 Cùm *ergo* egrederer. MS. *pro*, Cùm *enim* egrederer. H. & G. habent, & ego egrediens.

CAP. 11.

14 *Et* in temporibus illis. MS. Hieron. H. G. *pro*, In temporibus illis.

45 inter maria. MS. H. G. *pro*, inter *duo* maria. ſicut Hier. tamen habet.

CAP. 12.

2 alij in vitam ęternam: & alij. MS. Hier. H. G. *pro*, alij in vitam æternam, alij.

13 Tu autem vade ad. MS. H. *pro*, Tu autem *Daniel* vade. ſicut tamen Hier. & G. habent.

CAP. 13.

15 Factum eſt *ergo*, cùm. MS. *pro*, *autem*. ſicut tamẽ Hier. habet. G. habent, *Et* factum eſt.

23 in manus *veſtras*, quàm peccare. MS. Hier. G. *pro*, in manus *hominum*, quàm.

39 & *apertis oſtiis* exiliuit. MS. Hier. *pro*, & *aperto oſtio* exiliuit. G. habent, & *aperiens oſtia* ex.

45 Suſcitauit Dominus ſpiritum *ſanctum* pueri. MS. Hier. G. *pro*, ſpiritum pueri.

56 iuſſit venire *alterũ*. MS. G. *pro*, *alium*. ſicut Hier. habet.

62 aduerſus *proximum*. MS. Hier. G. *pro*, *proximam*.

CAP. 14.

10 Ecce nos *egredimur* foras. MS. G. *pro*, *egrediemur* foras. ſicut Hier. tamen habet.

12 *Contemnebant* autem. MS. Hier. G. *pro*, *Confidebant* autem.

20 Tunc apprehendit ſacerdotes. MS. G. *pro*, Tunc apprehendit *rex* ſacerd. ſicut Hier. tamen habet.

24 Dixitque Daniel, Dominũ Deum. MS. G. *pro*, Daniel *regi*, Dominum. ſicut Hier. tamen habet.

24 Quia ipſe eſt Deus viuens. Tu autẽ rex. MS. G. *pro*, quia ipſe eſt Deus viuens: *iſte autẽ non eſt Deus viuens*. Tu autẽ. ſicut Hier. tamen habet.

26 Et dixit, Ecce. MS. G. *pro*, Et dixit *Daniel*, Ecce. ſicut Hier. tamen habet.

36 Daniel, tolle prandium, quod. MS. G. *pro*, Daniel *ſerue Dei*, tolle. ſicut Hier. tamẽ habet.

37 Recordatus es *enim* mei. MS. G. *pro*, es mei. ſicut Hier. tamen habet.

37 Et non dereliquiſti *quærentes* te. MS. *pro*, *diligentes* te. ſicut Hieron. tamen habet. G. habent, *exquirentes*.

39 Et ecce Daniel ſedens, & exclamauit. MS. G. ſeden^s

ſedens *in medio leonum*. Et. ſicut Hieron. tamen habet.

40 Et extraxit eum. Porrò illos. MS. G. *pro*, eum *de lacu leonum*. Porrò. ſicut Hier. tamẽ habet.

IN OSEE.

CAP. 1.

2 Principium loquẽdi *Domini*. MS. Hier. *pro*, *Domino*. H. habẽt, Principio locutus eſt *Dominus*. G. & C Principium verbi *Domini*.

2 Et filios *fornicationum*. MS. Hier. H. *pro*, *fornicationis*. ſicut G. tamen habent.

CAP. 3.

1 Adhuc vade, dilige. MS. Hier. H. *pro*, *&* dilige. ſicut G. tamen habent.

CAP. 5.

1 Et rete expanſum. MS. Hier. H. *pro*, Et *ſicut* rete. ſicut tamen G. & C. habent.

CAP. 6.

5 dolaui in prophetis, occidi. MS. H. G. *pro*, *&* occidi. ſicut Hier. tamen habet.

6 Plus quàm *holocauſta*. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *holocauſtum*.

CAP. 7.

5 *die* regis noſtri. MS. C. *pro*, *dies*. ſicut tamẽ habet Hier. & G. H. vtroq; modo poſſunt verti.

12 Rete meũ, quaſi, MS. Hier. H. G. C. *pro*, *&* quaſi.

CAP. 8.

2 Me *inuocabant*. MS. *pro*, *inuocabunt*. ſicut tamen Hier. H. & G. habent. C. habent, *orant*.

4 Argentum ſuũ & aurum ſuum. MS. Hier. H G. C. *pro*, Aurum ſuum & argentum ſuum.

9 dederunt amatoribus. Sed & cum. MS. Hier. H. *pro*, amatoribus *ſuis*. Sed.

CAP. 9.

7 Et *multitudo* amentię. MS. *pro*, *multitudinem*. ſicut Hier. tamen habet. G. habent, multiplicata eſt amentia.

CAP. 10.

12 Seminate vobis *iuſtitiam*. MS. *pro*, *in iuſtitia*. ſicut tamen Hier. & G. habent. H. habent, *ad iuſtitiam*. C. agite vobis opera bona.

13 In vris tuis, in multitudine. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *&* in multitudine.

CAP. 11.

1 *Pertranſiit* rex. MS. *pro*, *pertranſit*. ſicut Hier. tamen habet. H. habent, *ſuccisus eſt*. G. *proiectus es*. C. *probro affectus eſt*.

12 Et cum ſanctis, *fidelis*. MS. Hier. H. *pro*, *fidelibus*.

CAP. 12.

11 Si *in* Galaad idolum. MS. C. *pro*, Si Galaad. ſicut tamen Hier. & H. habent.

IN IOELE.

CAP. 1.

2 Audite *hoc* ſenes. MS. Hier. H. C. *pro*, *hæc*. ſicut G. tamen habent.

6 Gens enim *aſcendit* ſuper. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *aſcendet*.

CAP. 2.

19 Et replebimini *eo*. MS. Hier. H. C. *pro*, *in eis*. G. habent, *eis*.

20 Et extremum eius ad mare. MS. Hier. H. G. C. *pro*, eius *vſque* ad mare.

CAP. 3.

3 In *proſtibulum*. MS. *pro*, in *proſtibulo*. ſicut Hier. tamen habet.

9 Clamate *hoc* in. MS. H. C. *pro*, *hæc*. ſicut tamen Hier. & G. habent.

21 Sanguinem eorum, *quem* non. MS. Hier. *pro*, *quos* non. H. G. C. non ponunt relatiuum.

IN AMOS.

CAP. 1.

6 Non conuertam *eam*. MS. *pro*, *eum*. ſicut tamen H. habent. Hier. & G. habent, *eos*.

9 N n conuertam *eam*. MS. G *pro*, *eum*. ſicut tamẽ Hier. & H. habent.

10 Et *immittam* ignem. MS. Hier. C *pro*, *mittam*. ſicut H. tamen habent. G. habent, *emittam*.

14 In muro *Rabba*. MS. H. G. C. *pro*, *Rabbath*. Hier. habet, in muro *Rabbæ*.

CAP. 2.

10 duxi vos in *deſerto*. MS. Hi. H. C. G. *pro*, in *deſertũ*.

CAP. 3.

12 Et in *Damaſco grabati*. MS. *pro*, Et in *Damaſci grabbato* ſicut Hier. tamen habet.

CAP. 4.

5 Et de *fermentato* laudem. MS. *pro*, *fermento*. ſicut tamen Hier. & H. habent.

CAP. 5.

8 Et diem nocte mutantem. MS. Hier. *pro*, Et diẽ *in* nocte. G. habent, Et diem *in* noctem obſcurans. quibus fauent H. & C.

26 Sydus Dei veſtri, *quæ* feciſtis vobis. MS. Hier. H. C. *pro*, Sydus Dei veſtri *Remphan*, *figuras quas* feciſtis. ſicut G. tamen habent.

CAP. 6.

1 Væ qui opulenti eſtis. MS. Hier. H. G. C. *pro*, væ *vobis* qui.

2 Et ad optima *quæque*. MS. Hier. *pro*, *quoque*.

CAP. 8.

7 In *ſuperbia* Iacob. MS. H. *pro*, in *ſuperbiam* Iacob. ſicut Hier. tamen habet. G. habent, per ſuperbiam Iacob.

CAP. 9.

1 Nõ erit fuga eis *qui fugient*, & qui fugerit. MS. H. G. C. *pro*, Non erit fuga eis, & qui fugerit.

5 Et *tabeſcet*. MS. *pro*, *tabeſcit*. ſicut Hier. tamen habet. G. habent, Et *commouet eam*.

IN PROPHETIA ABDIÆ

3 Qui *dicit* in corde *ſuo*. MS. H. C. Hier. (licèt textus aliter habeat.) *pro*, Qui *dicis* in corde *tuo*. ſicut G. tamen habent.

11 Cùm ſtares aduerſus, quando. MS. H. C. G. *pro*, aduerſus *eum*. ſicut Hier. tamen habet.

15 Retributionem tuam *conuertet*. MS. Hier. *pro*, *conuertam*. H. G. C. habent, *conuertetur*.

16 Quomodo enim *bibiſtis*. MS. H. C. *pro*, *bibiſti*. ſicut tamen G. & Hier. habent.

20 Omnia Chananæorum. MS. Hier. H. G. C. *pro*, Omnia *loca* Chananæorum.

IN IONA.

CAP. 1.

10 Quia indicauerat eis. Et dixerunt. MS. Hier. H. G. C. *pro*, eis *Ionas*. Et dixerunt.

11 & intumeſcebat. Et dixit. MS. Hier. H. G. C. *pro*, & intumeſcebat *ſuper eos*. Et dixit.

12 Grandis ſuper vos. MS. H. *pro*, grandis *venit* ſuper vos. Hier. & G. habent, *eſt*.

CAP. 3.

5 Et crediderũt viri Niniuitę in *Deum*. MS. Hier. *pro*, in *Deo*. ſicut H. tamen habent. G. habent, Et crediderunt viri Niniue *Deo*. C. *in verbo Domini*.

10 Super *malitia*, quam. MS. Hier. G. *pro*, ſuper *malitiam*. H. habent, ſuper *malo*. C. *à malo*.

IN MICHEA.

CAP. 1.

3 Dominus *egreditur*. MS. H. G. C. *pro*, *egredietur*. ſicut Hier. tamen habet.

CAP. 2.

13 *Diuident* & tranſibũt. MS. Hier. pro, *diuidet*. H. habent, *effregerunt*. G. *diuiſerunt*.

CAP. 4.

6 *Et* quam afflixeram. MS. Hier. H. G. C. *pro*, quam afflixeram.

8 Nebuloſa, *filiæ* Syon. MS. Hier. *pro*, *filia*.

CAP. 5.

9 Exaltabitur manus tua. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *&* exaltabitur.

CAP. 6.

5 Quid cogitauerit Balac. MS, H. C. *pro*, quid cogitauerit *contra te* Balac. ſicut Hier. & G. tamen habent.

9 Timentibus nomen *tuum*. MS. Hier. H. *pro*, *eius*. ſicut G. tamen habent.

16 Et ambulaſti in *voluntatibus* eorum. MS. Hier. *pro*, *voluptatibus*. H. & G. habent. & *ambulaſtis* in *conſiliis* eorum. C. & *ambulaſtis* in *legitimis* eorum.

CAP. 7.

6 Et filia *conſurgit*. MS. Hier. H. C. *pro*, *conſurget*. ſicut G. tamẽ habẽt. Sed H. G. C. nõ legũt, *&*.

15 Secundum *dies* egreſſionis tuę. MS. Hier. H. G. *pro*, *diem*.

IN NAHVM.

CAP. 1.

11 Ex te exibit cogitans. MS. H. G. C. *pro*, Ex te *enim* exibit. ſicut Hier. tamen habet.

CAP. 2.

4 In itineribus *conturbatæ* ſunt. MS. *pro*; *conturbati* ſunt. ſicut Hier. tamen habet.

13 Quadrigas *eius*. MS. H. Hier. *pro*, *tuas*. ſicut tamen G. & C. habent.

CAP. 3.

5 Et oſtendam gentibus nuditatem tuam. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *in* gentibus.

15 Congregare vt bruchus. MS. H. G. C. *pro*, congregare *ergo* vt. ſicut Hier. tamen habet.

IN HABACVC.

CAP. 1.

17 Interficere gentes non *parcet*. MS. H. G. *pro*, nõ *ceſſat*. ſicut Hier. tamen habet.

CAP. 3.

3 de monte Pharan. *Semper*. Operuit. MS. Hier. *pro*, Pharan. Operuit. H. habent, *ſela*. G. *diapſalma*.

8 indignatio tua? *quia aſcendes* ſuper. MS. H. *pro*, *qui aſcendis*. Hier. habet. *qui aſcendes*. G. *aſcẽſurus*.

12 Conculcabis terram, in furore. MS. Hier. H. C. *pro*, *&* in furore. ſicut G. tamen habent.

16 *Ad vocem* contremuerunt. MS. Hier. H. *pro*, *A voce*. ſicut G. tamen habent.

IN SOPHONIA.

CAP. 2.

3 *Qui* iudicium. MS. Hier. H. C. *pro*, *Quia* iudiciũ.

10 Hoc eis *eueniet* pro ſuperbia ſua. MS. Hier. *pro*, *euenit*.

CAP. 3.

9 Vt inuocent omnes *in nomine* Domini. MS. H. C. *pro*, vt inuocent omnes *nomen* Domini. ſicut tamen Hier. & G. habent.

17 Silebit in dilectione tua, exultabit. MS. Hier. H. C. *pro*, tua, *&* exultabit. ſicut G. tamen habent.

IN AGGÆO.

CAP 1.

4 In domibus *veſtris* laqueatis. MS. H. *pro*, in domibus laqueatis. ſicut Hieron. & G. tamen habent.

IN ZACHARIA.

CAP. 1.

12 Iſte ſeptuageſimus annus eſt. MS. Hier. G. *pro*, Iſte *iam* ſeptuageſimus.

CAP. 3.

1 Et oſtẽdit mihi Ieſum. MS. Hier. H. C. *pro*, mihi *Dominus* Ieſum. ſicut. G. tamen habent.

CAP. 4.

2 Et ſeptẽ, *et ſeptem* infuſoria lucernis. MS. Hier. H. *pro*, Et ſeptem infuſoria. G. habent, Et ſeptem fuſoria lucernarum, ſeptem lucernis.

CAP. 5.

2 Et dixi, Ego video. MS. Hier. H. G. C. *pro*, Et dixi, *Ecce* ego video.

CAP. 6.

2 *Et* in quadriga ſecunda, equi nigri, *&* in. MS. H. G. C. *pro*, In quadriga ſecũda, equi nigri, in. Hier. prius, *&*, omittit.

3 Equi varij, fortes. MS. H. *pro*, *&* fortes. ſicut tamen Hier. & G. habent.

7 Ite, perambulate terram. MS. H. *pro*, Ite, *&* perambulate. ſicut tamen Hier. & G. habent.

CAP. 7.

2 Et viri qui erant cum *eo*. MS. Hieron. H. G. *pro*, cum *eis*.

12 In ſpiritu ſuo per manum. MS. Hier. H. G. C. *pro*, in ſpiritu ſuo *ſancto*, per manum.

CAP. 9.

9 Super *aſinum*, & ſuper. MS. H. C. *pro*, ſuper *aſinam*. ſicut Hier. tamen habet. G. habent, ſuper *ſubiugalem*.

CAP.

CAP. 10.

2 Locuti ſunt fruſtrà, vanè, MS. H. G. Hier. *pro*, & vané.

CAP. 12.

6 Et ſicut *facem* ignis in fœno. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *faciem* ignis in fœno.

CAP. 13.

4 Cùm *prophetauerit*. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *prophetauerint*.

8 Partes duæ in ea *diſperdentur*. MS. H. G. C. *pro*, *diſpergentur*.

9 Exaudiam eum, dicam. MS. Hier. H. C. *pro*, & dicam, ſicut G. tamen habent.

CAP. 14.

1 Ecce dies Domini *venit*. MS. H. *pro*, *veniet*. Hier. & G. habent *veniunt*.

1 Et *diuident* ſpolia. MS. C. *pro*, *diuidentur*, ſicut tamen Hier. & G. habent. H. habent, *diuidetur* ſpolium tuum.

10 Et *habitabit* in loco ſuo. MS. Hier. H. *pro*, *habitabitur*. G. habent, *permanebit*.

10 Ad locum portæ prioris, vſque ad. MS. Hier. H. *pro*, & vſque ad, ſicut tamen G.

IN MALACHIA.

CAP. 1.

3 In *deſertum draconis*. MS. *pro*, in *dracones deſerti*, ſicut Hier. tamen habet. G. habent, in *domos deſerti*. C. in *vaſtationem deſerti*. H. in *dracones* deſerti, vel *draconibus* deſerti.

CAP. 2.

12 De *tabernaculis* Iacob. MS. Hier. H. G. *pro*, de *tabernaculo*.

CAP. 3.

5 Mercedem mercenarij, viduas & pupillos. MS. Hier. H. C. *pro*, mercedem mercenarij, *& humiliant* viduas & pupillos. G. habẽt, & qui opprimunt per potentiam viduas, & percutiunt pupillos.

8 In quo *confiximus* te. MS. H. G. C. *pro*, *configimus*, ſicut Hier. tamen habet.

IN LIBRIS MACHABÆORVM.

LIBRI PRIMI MACHAB.

CAP. 1.

7 A iuuentute: & *diuiſit*. MS. G. *pro*, à iuuentute *ſua*: & *dimiſit*.

11 Radix *peccatrix* Antiochus. MS. G. *pro*, *peccati*.

67 Super populum valde. MS. *pro*, ſuper populum *Iſrael* valde. G. habent, ſuper Iſrael valde.

CAP. 2.

30 Quoniam *indurauerunt* ſuper eos mala. MS. *pro*, *inundauerunt*. G. habent, *multiplicata ſunt*.

42 Synagoga *Aſidæorum*, fortis. MS. G. *pro*, *Iudæorum*.

64 Viriliter agite in lege: quia in ipſa glorioſi eritis. MS. G. *pro*, viriliter agite in lege: quia *cùm feceritis quæ vobis præcepta ſunt in lege à Domino Deo veſtro*, in ipſa glorioſi eritis.

CAP. 3.

16 Exiuit Iudas obuiam *illi* cum paucis. MS. G. *pro*, *illis*.

CAP. 5.

67 Dum *vult* fortiter facere, dum ſine conſilio *exit* in prelium. MS. G. *pro*, dum *volunt* fortiter facere, dum ſine conſilio *exeunt* in prelium.

CAP. 6.

46 Et iuit ſub *elephantum*, &. MS. G. *pro*, ſub *pedes elephantis*, &.

56 Reuerſus *eſſet*. MS. *pro*, reuerſus *eſt*.

CAP. 7.

7 Quod fecit nobis & regionibus regis. MS. G. *pro*, nobis *in* regionibus.

8 Et miſit eum. Et Alcimum. MS. G. *pro*, & miſit eum, *vt videret exterminium quod fecit Iudas. Sed* & Alcimum.

CAP. 9.

61 Qui principes erant *malitiæ*. MS. G. *pro*, *militiæ*.

CAP. 10.

38 Niſi *ſummi Sacerdotis*. MS. G. *pro*, niſi *ſummo Sacerdoti*.

40 Et ego *do* ſingulis annis. MS. G. *pro*, *dabo*.

47 Et complacuit eis in *Alexandro*. MS. G. *pro*, in *Alexandrum*.

CAP. 11.

19 Anno centeſimo *ſexageſimo* ſeptimo. MS. G. *pro*, anno centeſimo *ſeptuageſimo* ſeptimo.

CAP. 12.

16 *Numenium* Antiochi, & Antipatre Iaſonis, & miſimus. MS. G. *pro*, *Neumenium* Antiochi *filium*, & Antipatrem Iaſonis *filium*, & miſimus.

19 Quod *miſerat* Onias. Rex Spartiatarum Onias Ionathæ ſacerdoti. MS. *pro*, *miſit*. G. ſic habent, Quas miſerunt. Oniares rex Spartiatarum Oniæ ſacerdoti.

30 *Tranſierant* enim flumen. MS. *pro*, *tranſierunt*. G. habent aoriſtum.

CAP. 13.

46 Sed ſecundum miſericordias tuas. Et flexus Simon. MS. G. *pro*, ſed ſecundum miſericordias tuas, *& ſeruiem⁹ tibi*. Et flexus, &c.

51 Et ramis palmarum, & *cinnyris*, & cymbalis. MS. G. *pro*, & ramis palmarum, & *citharis*, *& cynaris*, & cymbalis.

54 Quod vir eſſet. MS. G. *pro*, quod *fortis prælij* vir eſſet.

CAP. 14.

31 Calcare & atterere. MS. G. *pro*, calcare *ſancta*, & atterere.

31 Et extendere manus in ſancta *eorum*. MS. G. *pro*, in ſancta *ſanctorum*.

35 Eo quod ipſe *fecerat* hæc omnia. MS. *pro*, *fecerit*.

CAP. 15.

24 Principi Sacerdotum. Antiochus. MS. G. *pro*, Principi ſacerdotum, *& populo Iudæorum*. Antiochus.

CAP. 16.

1 Quæ fecit Cendebæus. Et vocauit. MS. G. *pro*, Cendebæus *in populo ipſorum*. Et vocauit.

SECVNDI MACHABÆORVM LIBRI

CAP. 1.

12 Contra ſanctam ciuitatem. MS. G. *pro*, contra *nos* & ſanctam ciuitatem.

14 Et vt *acciperent* pecunias. MS. *pro*, *acciperet*. G. habent, gratia accipiendi pecunias.

CAP. 2.

10 Et conſumpſit holocauſtum. Et dixit Moyſes. MS. *pro*, & conſumpſit holocauſtum: *ſicut & Salomon orauit, & deſcendit ignis de cælo, & conſumpſit holocauſtum*. Et dixit Moyſes, ſicut G. tamen habent, niſi quòd poſteriora verba paulò aliter habeant, hoc videlicet modo, *& deſcendens ignis conſumpſit holocauſta*.

14 Ea quæ *deciderant* per bellum. MS. G. *pro*, *didicerat*

23 *Et* vt leges. MS. G. *pro*, Vt leges.

CAP. 3.

1 Propter Oniæ pontificis pietatem. MS. G. *pro*, Pontificis *diſpoſitionem &* pietatem.

13 Dicebat omni *regia* deferenda. MS. *pro*, dicebat omni *genere regi ea eſſe* deferenda. G. habent, omnino dicebat in regium referenda hæc eſſe.

36 Viderat opera *magni* Dei. MS. *pro*, *magna*: G. habent, *maximi* Dei.

CAP. 4.

19 Non oporteret, in alios ſumptus. MS. *pro*, *ſed* in alios. In G. hæc non habentur.

CAP. 5.

26 Omnéſque qui ad ſpectaculum. MS. G. *pro*, omnéſque *ſimul* qui ad ſpectaculum.

CAP. 7.

28 Peto *à te* nate, vt aſpicias. MS. *pro*, peto nate. G. habent, peto *te* nate.

CAP. 8.

1 Et conuocantes cognatos, & eos qui. MS. G. *pro*, cognatos *& amicos*, & eos qui.

CAP. 10.

17 Et omnes ſimul, non minus *viginti* milibus. MS. G. *pro*, non minus *viginti quinque* milibus.

CAP. 11.

18 Et quæ res permittebant, *conceſſit*. MS. G. *pro*, *conſenſi*.

CAP. 12.

2 Demophon, *ſuper hos* & Nicanor. MS. G. Demophon *ſuperbus* & Nicanor.

16 Sanguine *infectum* fluere videretur. MS. *pro*, *interfectorum*. G. habent, fluens ſanguine impletum videretur.

43 Offerre pro *peccato* ſacrificium. MS. G. *pro*, offerre pro *peccatis mortuorum* ſacrificium.

CAP. 14.

9 Sed his ſingulis, ô Rex, cognitis. MS. G. *pro*, ſed *oro* his, &c.

13 Vt ipſum quidem Iudam caperet: eos verò. MS. *pro*, caperet *viuum*: eos verò. G. habent, ipſum quidem Iudam auferri.

19 Et Matthiam, vt darent. MS. G. *pro*, & vt darent.

21 Et *à* ſingulis ſellæ. MS. G. *pro*, & ſingulis ſellæ.

VARIAE LECTIONES IN NOVO TESTAMENTO AD TEXTVM GRÆCVM ET SYRIACVM EXPENSÆ.

LECTORI.

NOVVM *Testamentum horum Bibliorum regiorum multas habet varias lectiones in margine iuxta vulgatam editionem Latinam notatas; quas si quando veriores existimabamus, inter has quoque lectiones varias posuimus: quod si quasdam vt pleraſque in his nostris non reperias, existima id factum esse, quòd lectio in ipso contextu posita propius accedat ad textum Græcum aut Syriacum, quàm quæ in margine collocata est. id enim ferè vbique obseruatum inuenies, quòd minùs probata lectio ad marginem reiecta sit.*

IN EVANGELIO MATTHÆI,

CAP. 2.

6 Dux qui *reget*. MS. *pro, regat.*
14 Qui *surgens* accepit. MS. *pro, consurgens.*

CAP. 3.

9 Quoniam *potest* Deus. MS. *pro, potens est* Deus.
10 Non facit fructum bonum *exciditur*, & in ignem *mittitur*. MS. G. S. *pro, excidetur, mittetur.*
12 Congregabit triticum *suum* in horreum. MS. G. *pro*, triticum in horreum.

CAP. 4.

10 Vade *post* me sathana. MS. al. *retro* me. Syri neutrum habent, similiter multa Græca & Latina MS. vt possit videri aliunde insertum.

CAP. 5.

41 Vade cum illo duo. MS. G. S. *pro, alia* duo.

CAP. 6.

22 Lucerna corporis est oculus. MS. G. S. *pro*, corporis *tui* est oculus *tuus.*

CAP. 7.

12 *Ita* & vos facite illis. MS. G. S. *pro*, & vos facite illis.

CAP. 8.

13 Et sanatus est puer *in* illa hora. MS. G. S. *pro, ex* illa hora.

CAP. 9.

18 Vnus accessit & *adorauit* eum. MS. *pro, adorabat* eum.
18 Dicens, Filia mea modò defuncta est. MS. G. S. *pro*, Dicens, *Domine*, filia mea modò.
23 Et turbam tumultuantem, *dixit ad eos*. MS. G. S. *pro, dicebat*, Recedite, &c.
38 Vt *ejiciat* operarios in messem suam MS. G. S. *pro, mittat.*

CAP. 10.

26 Nihil est enim opertum, quod non *reuelabitur*: & occultum, quod non *scietur*. MS. G. *pro, reueletur, sciatur.*

CAP. 11.

12 Et violenti *diripiunt* illud. MS. G. *pro, rapiunt.*

CAP. 13.

8 Et dabant fructum, aliud *centum*, aliud *sexaginta*, aliud *triginta*. MS. G. S. *pro, centesimum, sexagesimum, trigesimum.*
14 In eis prophetia Isaiæ, *dicens*. MS. G. *pro, dicentu.*
47 Ex omni genere congreganti. MS. G. S. *pro*, genere *piscium* congreganti.

CAP. 15.

9 Docentes doctrinas, mãdata hominum. MS. G. S. *pro*, doctrinas & mandata.

CAP. 16.

3 Rutilat enim triste cælum. *Hypocritæ*, faciem ergo cæli, &c. MS. G. S. *pro*, triste cælum. Faciem ergo.
19 Erit solutum in cælis. MS. G. S. *pro*, solutum & in cælis.

CAP. 17.

1 Et *subducit* illos in montem. MS. G. *pro*, & *ducit* illos.

CAP. 19.

4 Quia qui fecit ab initio, masculum. MS. G. S. *pro*, qui fecit *hominem* ab initio, masculum, &c.

CAP. 20.

4 Ite & vos in vineam, & quòd iustum. MS. G. S. *pro*, vineam *meam*. Idem v. 7.

CAP. 21.

37 Verebuntur filium meum. MS. G. S. *pro, fortè* verebuntur.

CAP. 22.

30 Sed *sunt* sicut angeli Dei. MS. G. S. *pro*, *erunt* sicut, &c.

CAP. 23.

25 Intus autem *plena sunt* rapina. MS. G. S. *pro, pleni estis.*
37 Pullos suos sub alis, & *noluistis*. MS. G. S. *pro, noluisti.*

CAP. 24.

34 Donec omnia *hæc* fiant. MS. *pro, ista.*

CAP. 26.

11 Me autem non semper *habetis*. MS. G. *pro, habebitis.*
14 De duodecim, qui *dicitur* Iudas. MS. G. *pro, dicebatur.*
24 Per quem Filius hominis *traditur*. MS. G. S. *pro, tradetur.*
71 Vidit eum alia: & ait his. MS. G. S. *pro*, alia *ancilla.*

CAP. 28.

6 Venite, videte locum. MS. G. S. *pro*, venite & videte.

IN EVANGELIO MARCI.

CAP. 2.

1 Intrauit Caphernaum post dies, & auditum est. MS. G. S. *pro*, post dies *octo.*
2 Et *confestim* conuenerunt multi. MS. C. *pro*, & conuenerunt.
9 Dimittuntur tibi peccata, an dicere. MS. G. *pro*, peccata *tua.*
15 Multi qui & sequebantur eum. MS. G. S. *pro*, qui sequebantur.
24 Ecce quid faciunt Sabbathis, quod non licet. MS. G. S. *pro*, quid faciunt *discipuli tui* Sabbathis.
26 Non licebat manducare nisi Sacerdotibus. MS. G. S. *pro, solis* Sacerdotibus.
26 Et dedit eis & qui cum eo erant. MS. S. *pro*, & dedit eis qui cum eo erant.

CAP. 3.

9 Et dixit discipulis suis. MS. G. S. *pro*, dixit *Jesus.*
9 Dixit discipulis suis, vt nauicula sibi *deseruiret* propter turbam. MS. *pro*, vt *in* nauicula sibi *deseruirent.*
29 In Spiritum sanctum, non *habebit* remissionem. MS. *pro, habet.*

CAP. 4.

32 Et cùm *seminatum* fuerit. MS. G. S. *pro, natum* fuerit.
32 Ascendit, & fit maius omnibus. MS. G. S. *pro*, ascendit *in arborem.*

CAP. 5.

7 Quid mihi & tibi, Iesu fili Dei *summi*? adiuro. MS. *pro, altissimi.*
35 Veniunt *ab Archisynagogo*, dicentes. MS. G. quædam tamen legunt, *ab Archisynagogi* s. domo. S. *è domo principis* Synagogæ, *pro*, veniunt *ad Archisynagogum*, dicentes.

CAP. 6.

21 Herodes *in natalitiis suis* cœnam fecit. MS. quædam, al. *in natali suo*, al. *natali suo*. G. *natalibus suis*. S. in domo natiuitatis suę, *pro, natalis sui* cœnam fecit.

CAP. 7.

6 Cor autem eorum longè *abest* à me. MS. G. S. *pro, est* à me.

CAP. 8.

28 Dicentes Ioannem Baptistam. MS. G. S. *pro*, dicentes *alij* Ioannem.

CAP. 10.

17 Cùm egressus esset in *viam*. MS. G. *pro*, in *via.*
17 Rogabat eum, Magister bone. MS. G, *pro*, Rogabat eum *dicens*, Magister.
40 Non est meum dare, sed quibus paratum est. MS. G. S. *pro*, non est meum dare *vobis*, sed quibus.

CAP. 12.

29 Dominus Deus *noster*, *Dominus* vnus est. MS. G. S. *pro*, Dominus Deus *tuus*, *Deus* vnus est.

CAP. 14.

2 Ne fortè tumultus fieret *populi*. MS. G. *pro, in populo.*
20 Qui intingit mecum in *catinum*. MS. G. *pro*, Qui intingit mecum *manum* in *catino.*
61 Tu es Christus filius benedicti. MS. G. S. *pro*, filius *Dei* benedicti.

CAP. 15.

29 Vah qui *destruis* templum, & in tribus diebus. MS. G. S. *pro*, qui *destruit* templũ *Dei*, & in tribus d.

IN EVANGELIO LVCÆ.

CAP. 1.

29 Quæ cùm *vidisset*, turbata est. MS. G. S. *pro, audisset.*
68 Fecit redemptionem *plebi suæ*. MS. G. *pro, plebis suæ.*

CAP. 2.

18 Et omnes qui *audierunt*, mirati sunt. MS. *pro, audierant.*
18 Mirati sunt de his quæ dicta erant. MS. G. S. *pro*, mirati sunt & de his.
38 Expectabant redemptionem *in Ierusalem*. MS. G. S. *pro, Israel.*

CAP. 3.

9 *Exciditur*, & in ignem *mittitur*. MS. G. S. *pro,*

pro, excidetur, mittetur.

CAP. 4.

7 Tu ergo si adoraueris coram me. MS.G.S,*pro,* si *procidens* adoraueris.

CAP. 6.

9 *Interrogabo* vos, si licet Sabbathis. MS. G. S. *pro, interrogo* vos.

11 Quidnam facerent Iesu. MS.G.S.*pro,de* Iesu.

CAP. 7.

37 Vt cognouit quòd *accubuisset.* MS. *pro,* quòd *Iesus accubuit.*

CAP. 8.

13 Radices non habent,*qui* ad tempus credunt. MS.G. *pro, quia* ad tempus credunt.

38 Et *rogabat* illum. MS. *pro, rogauit* illum.

CAP. 9.

3 Tuleritis in *viam.* G.S. *pro,* in *via.*

4 Inde exeatis. MS. G.S. *pro,* inde *ne* exeatis.

57 Sequar te quocunque ieris *Domine.* Dixit. MS.G.S. *pro,* quocunque ieris. Dixit.

CAP. 10.

21 Exultauit *in* spiritu & dixit. MS.G. exultauit spiritu.

CAP. 11.

2 Regnum tuum. *fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra.* panem. MS. G. S. *pro,* regnum tuum. panem nostrum.

17 Regnũ in *seipsum* diuisum. MS.G.S. *pro,* in *se.*

17 *desolatur,* & domus. MS.G. *pro, desolabitur.*

17 Domus supra domum *cadit.* MS. G. *pro, cadet.*

22 Arma eius *aufert.* MS. G. S. *pro, auferet.*

22 Spolia eius *distribuit.* MS. G. S. *pro, distribuet.*

25 Inuenit scopis mundatam. MS. G, *pro, eam* scopis mundatam.

26 Septem alios spiritus nequiores se. MS.G.S. *pro,* spiritus *secum* nequiores.

CAP. 12.

1 Turbis autem *circunstantibus,* ita. MS. *pro, concurrentibus.*

35 Lucernæ ardentes, & vos. MS.G.S. *pro,* ardentes *in manibus vestris.*

40 Filius hominis *venit.* MS.G. *pro, veniet.*

42 Quem *constituet* Dominus. MS. G. S. *pro, constituit.*

47 Et non præparauit. MS. G. *pro,* non *se* præparauit.

51 Pacem veni *dare* in *terra.* MS. G. *pro, mittere* in *terram.*

CAP. 13.

15 Dixit: *Hypocrita,* vnusquisque. MS.S.G. quędam: *pro, Hypocrita,* vt quædam G. etiam habent.

CAP. 14.

29 Ne *postea* quàm posuerit. MS. *pro, post* quam.

CAP. 17.

29 Plantabant, ædificabant. MS.G. *pro,* plantabant & ædificabant.

CAP. 18.

30 In seculo *venturo.* MS. G. S. *pro, futuro.*

CAP. 19.

23 Cum vsuris vtique exegissem *illam.* MS.G.S. *pro, illud.*

37 Omnes turbę *discentium* gaudentes. MS. quędam, al. *discipulorum,* sic etiam G. & S. *pro, descendentium.*

CAP. 20.

20 In sermone *vt* traderent. MS.G. *pro, &.*

35 Neque *nubunt,* neque *ducunt* vxores MS.G.S. *pro, nubent* neque *ducent.*

CAP. 21.

17 Eritis odio omnibus propter. MS. G. S. *pro,* odio omnibus *hominibus* propter.

CAP. 22.

22 Per quem *traditur.* MS.G.S. *pro,* tradetur.

26 Fiat sicut *iunior.* MS. G. *pro, minor.*

31 Ait autem Dominus: *Simon,* Simon, ecce. MS.G. *pro, Simoni:* Simon.

64 Et *interrogabant* eum dicentes. MS. G. *pro, interrogauerunt* eum dicentes.

IN EVANGELIO IOANNIS.

CAP. 1.

9 Hominem venientem in mundum. MS. S. *pro,* in *hunc* mundum.

29 *Postera* die *videt* Ioannes. MS.G.S. *pro, altera* die *vidit.*

31 Vt manifestetur *Israeli.* MS. G. S. *pro, in Israel.*

CAP. 2.

14 Vendentes *boues & oues.* MS. G. S. *pro, oues & boues.*

CAP. 3.

3 Nisi quis *natus* fuerit denuó. MS. G.S. *pro, renatus.*

4 In ventrem matris suæ *iterum* introire. MS. *pro, iterato.*

4 Iterum introire & *nasci.* MS. G. S. *pro, renasci.*

20 Omnis enim qui *mala* agit. MS. G. S. *pro, malè* agit.

22 Et illic *demorabatur* cum eis. MS. *pro, morabatur.*

33 Qui *autem* accepit eius testimonium. MS.S. *pro,* qui accepit.

CAP. 4.

21 Quia *venit* hora. MS.G.S. *pro, veniet.*

48 Non *credetis.* MS.G.S. *pro,* non *creditis.*

CAP. 5.

24 Sed *transiit* à morte. MS.G.S. *pro, transiet.*

27 Dedit ei & iudicium. MS.G.S. *pro,* dedit ei iudicium.

CAP. 6.

13 Ex quinque panibus ordeaceis, quæ *superfuerant.* MS.G.S. *pro,* ordeaceis & *duobus piscibus,* quæ *superfuerunt.*

23 Manducauerant panem, gratias *agente* Domino. MS. G. S. *pro,* gratias *agentes* Domino.

41 Ego sum panis, qui de cælo descendi. MS. G. S. *pro,* ego sum panis *viuus,* qui.

CAP. 7.

1 Posthæc ambulabat. MS. G.S. *pro,* posthæc *autem* ambulabat.

1 In *Galilæa,* non enim volebat in *Iudæa* ambulare. MS. G. S. *pro,* in *Galilæam, Iudæam.*

29 Ego scio *ipsum,* quia ab ipso sum. MS.G.S. *pro,* ego scio *eum, & si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax, sed scio,* quia ab ipso sum.

39 Nondum enim erat Spiritus *sanctus,* quia Iesus nondum erat glor. G. MS. quædam, alia verò cum S. legunt, nondum enim erat Spiritus *datus,* quia Iesus, &c.

39 Nondum *fuerat* glorificatus. MS.G. *pro, erat.*

CAP. 8.

12 Non *ambulabit* in tenebris. MS. G.S *pro, ambulat.*

25 Principium *quia* & loquor vobis. MS.G. August. *pro, qui* & loquor vobis.

46 Quis ex vobis *arguit* me. MS.G. *pro, arguet.*

CAP. 10.

11 Ponit pro ouibus. MS. G.S. *pro,* ponit pro ouibus *suis.*

15 Pono pro ouibus. MS. G. S. *pro,* pono pro ouibus *meis.*

CAP. 11.

1 Quidam *infirmus* Lazarus. MS. G. S. *pro, languens.*

11 Post*hoc* dicit eis. MS.G. *pro,* post*hæc* dicit eis.

27 Filius Dei, qui in mundum venisti. MS. *pro,* Dei *viui,* qui in *hunc* mundum venisti.

48 Et tollent & nostrum. MS. G. *pro,* tollent nostrum.

49 Ex ipsis Caiphas, cùm esset. MS.G. *pro,* Caiphas *nomine* cùm esset.

56 Ad diem festum. MS.S. *pro,* ad diem festum *istum.*

CAP. 12.

7 *Sine* illam, vt in. MS. G. S. *pro, sinite* illam, vt in.

8 Me autem non semper *habetis,* MS.G.S. *pro, habebitis.*

CAP. 13.

5 Deinde *mittit* aquam. MS.G.S. *pro, misit.*

8 Non *habes* partem. MS. G. S. *pro, habebis.*

CAP. 14.

7 Amodo *cognoscitis* eum. MS. G. S. *pro, cognoscetis.*

CAP. 15.

2 Non ferentem fructum *tollit.* MS. G.S. *pro, tollet.*

6 Et *colligunt eos.* MS. G. *pro, colligent eum.*

6 Et in ignem *mittunt* & *ardent.* MS. G. S. *pro, mittent* & *ardet.*

27 Et vos testimonium *perhibetis* de me, quia. MS. G. S. *pro, perhibebitis* de me.

CAP. 16.

16 Modicum, & iam non *videtis* me. MS.G. *pro, videbitis,* sicut tamen S. habent.

22 Gaudium vestrum nemo *tollit* à vobis. MS. G. *pro, tollet.*

23 Me non *rogabitis* quicquam. MS. *pro, interrogabitis,* quod tamen S. vox magis significat. Græca vox ambigua est.

CAP. 17.

5 Priusquam mundus *esset* apud te. MS.G. *pro, fieret.*

12 Quos dedisti mihi custodiui. MS.G. *pro, ego* custodiui.

18 Tu me misisti in mundum, & ego misi eos. MS. G. S. *pro, ita* & ego.

CAP. 18.

16 Exiuit ergo discipulus *ille* alius. MS. S. *pro,* discipulus alius.

18 Quia frigus erat, & *calefiebant.* MS. *pro, calefaciebant se.*

CAP. 19.

27 Accepit eam discipulus in *sua,* plu. n. MS. *pro, suam.* G. in *propria,* plu. n. S. *apud se.*

CAP. 20.

12 Et *videt* duos angelos. MS.G.S. *pro, vidit.*

12 Vbi positum *fuerat* corpus Iesu. MS. *pro, erat* corpus.

25 Nisi videro in manibus eius *figuram* clauorum. MS.G. *pro, fixuram* clauorum. S. legunt *domum,* seu *locum* clauorum.

CAP. 21.

1 *Post hac* manifestauit se iterum. MS. G *pro, postea.*

12 Et nemo audebat *discũbentium* interrogare eum. MS.G.S. *pro, discumbentium.*

14 Cùm *resurrexisset* à mortuis. MS. *pro, surrexisset.*

18 Et ducet quò non vis. MS.G.S. *pro,* quò *tu* non vis.

22 *Si* eum volo manere MS. G. S. Chrysostomus, Cyrillus: *pro, Sic* eum volo manere. Hanc tamen lectionem habet commentarius D. Augustini in hunc locum, & citat Ambrosius in Psalm. 118. serm. 20. Quædam MS. legunt, *Si sic* eum volo manere. Idem v. 23.

IN ACTIS APOSTOLORVM.

CAP. 1.

15 Erat autem turba *nominum* simul. MS. G. *pro, hominum,* sicut S. tamen habent.

19 Lingua eorum *Haceldama.* MS.G. *pro, Haceldema.* S. habent, *Hacaldemo.*

20 Fiat commoratio *eius* deserta. MS.G. S. *pro,* commoratio *eorum* deserta.

CAP. 2.

22 Sicut & vos scitis. MS. G. S. *pro,* sicut vos scitis.

29 Quoniam & defunctus est. MS. G. S. *pro,* quoniam defunctus est.

CAP. 3.

24 Qui locuti sunt, &, (vel) *etiam* annunciauerunt.

uerunt. MS. G. S. *pro*, locuti ſunt, annunciauerunt.

CAP. 4.

2 Et annũciatent in *Ieſu* reſurrectionem. MS. G. S. *pro*, in *Ieſum*.

32 Erat cor & anima vna. MS. G. *pro*, erat cor *vnum* &, &c. ſicut S. tamen habent.

33 Ieſu Chriſti Domini & gratia. MS. G. S. *pro*, Domini *noſtri* & gratia.

CAP. 5.

8 Dic mihi ſi tanti. MS. G. S. *pro*, dic mihi *mulier* ſi tanti.

15 Obumbraret quenquam illorum. Concurrebat autem, &c. MS. G. S. *pro*, quenquam illorum, *& liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis*. Concurrebat autem, &c.

34 Iuſſit *puſillum* foras. *Apoſtolos ſecedere*. MS. quædam; alia verò pro *ſecedere*, legunt *abduci*. G. habent, Iuſſit foras *puſillum quid Apoſtolos facere*. S. verò ſic legunt: Iuſſit *vt illi abducerent Apoſtolos* foras *paululum temporis*; pro eo quòd multi codices legũt, Iuſſit foras *ad breue homines fieri*.

36 Et omnes *quicunque* credebant ei. MS. G. *pro*, & omnes *qui* credebant ei.

38 Et nunc dico vobis. MS. G. *pro*, & nunc *itaque* dico vobis.

39 Poteritis diſſoluere *illud*, ne forté. MS. G. S. *pro*, diſſoluere *eos* ne forté.

CAP. 7.

6 Locutus eſt autem Deus. MS. G. *pro*, locutus eſt autem *ei* Deus.

14 Et omnem cognationem in animabus. MS. *pro*, cognationem *ſuam* in. ſicut tamen G. & S. habent.

34 Et nunc veni, mittam te in MS. G. S. *pro*, veni & mittam te in.

44 Tabernaculum teſtimonij fuit patribus noſtris. MS. S. *pro*, fuit *cum* patribus noſtris. G. legunt, *in* patribus noſtris.

51 Dura ceruice & *incircunciſis* cordibus. MS. *pro*, *incircunciſi* cordibus. G. & S. legunt, *incircunciſi corde*.

60 Clamauit voce magna, Domine ne. MS. G. *pro*, voce magna, *dicens*: Domine, &c. S. legunt, voce alta, & dixit: Dñe, &c.

CAP. 8.

33 Quoniam *tollitur* de terra. MS. G. S, *pro*, *tolletur*.

36 Ecce aqua, *quid* prohibet. MS. G. *pro*, ecce aqua, *quis* prohibet. S. habent, quę prohibitio eſt.

CAP. 9.

6 Ingredere ciuitatem, & dicetur tibi. MS. G. *pro*, & *ibi* dicetur tibi. ſicut S. tamen habent.

20 Ingreſſus, in *Synagogis* prædicabat. MS. G. verò & S. non habent *ingreſſus*, ſed tantum, Et continuò in *Synagogis* prædicabat, &c. *pro*, ingreſſus in *Synagogas*, prædicabat, &c.

23 Conſilium fecerunt Iudæi, vt. MS. G. S. *pro*, Iudæi *in vnum* vt.

34 Ænea, *ſanat* te Dominus. MS. G. S. *pro*, *ſanet*.

CAP. 10.

11 Et *videt* cælum apertum. MS. G. *pro*, *vidit*. ſicut S. tamen habent.

22 *Accerſire* te in domum. MS. *pro*, *accerſiri*. G. cùm verbum habeant medium, vtroque reddi poſſunt modo. Syri, vt mittens introducat te in domum ſuam.

30 *At* Cornelius ait. MS. *pro*, *&* Cornelius ait. ſicut G. tamen habent. Syri eandem coniunctionem nunc pro *&*, nunc pro *at* vſurpant.

CAP. 11.

18 Sub Claudio *Cæſare*. Diſcipuli autem. MS. G. S. *pro*, ſub Claudio. Diſcipuli autem.

CAP. 14.

1 Factum eſt autem *Iconij*. MS. *pro*, *in Iconio*. ſicut tamen G. habent. S. verò Iconij hic mentionem non faciunt.

6 Euangelizantes erant. Et quidam vir Lyſtris. MS. G. S. *pro*, Euangelizantes erant. *Et commota eſt omnis multitudo in doctrina eorum. Paulus autem & Barnabas morabantur Lyſtris*. Et quidam vir Lyſtris. Hæc tamen verba reperiuntur in quodam Græco exemplari Italico MS. & in multis Latinis.

16 Et lætitia corda *veſtra*. MS. *pro*, *noſtra*. ſicut G. tamen habent. S. verò legunt, corda *earum*, ſ. gentium.

18 Et *lapidato Paulo* traxerunt. MS. quibus G. & S. magis conſentiunt; *pro*, *lapidantéſque Paulum*.

18 *Exiſtimantes* eum mortuum eſſe. MS. *pro*, *æſtimantes*. G. & S. habent, *putantes*.

25 Loquentes verbum Domini in *Perge*. MS. G. S. *pro*, in *Pergen*.

CAP. 15.

34 Viſum eſt autem Silæ ibi remanere. Paulus autem. MS. *pro*, Viſum eſt autem Silę ibi remanere. *Iudas autem ſolus abiit Ieruſalem*. Paulus autem. Syri non ſolùm illud omittunt quod MS. ſed & hoc: *Viſum eſt autem Silæ ibi remanere*. Græca conueniunt cum priore lectione. vnicum tamen MS. Græcum Italicum habet illa verba: *Iudas autem ſolus abiit Ieruſalem*.

41 Confirmans eccleſias. Ea verò quæ ſequuntur, videlicet, *Præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & ſeniorum*, quædam MS. non legunt, nec G. nec S.

CAP. 16.

1 Filius mulieris *cuiuſdam* Iudææ. MS. G. S. *pro*, mulieris Iudææ.

CAP. 17.

22 Per omnia quaſi *ſuperſtitioſores* vos video. MS. G. *pro*, *ſuperſtitioſos*. S. quoque ſuperſtitionis eminentiam indicant, legentes, video vos inter omnia nimios eſſe in cultu dæmonum.

CAP. 18.

10 Ego ſum tecum, & *nullus nocere poterit tibi*. MS. S. *pro*, & *nemo apponetur tibi, vt noceat te*. quomodo tamen G. ad verbum habent.

CAP. 19.

9 Maledicentes *viæ* coram multitudine. MS. *pro*, maledicentes *viam Domini*. S. habent, *viam Dei*. G. verò *viam* habent: ſed nec *Dei*, nec *Domini*.

11 Virtutéſque non quaſlibet faciebat. MS. G. S. *pro*, virtutéſque non *modicas* quaſlibet faciebat.

16 Ita vt nudi & *dilacerati* effugerent. MS. *pro*, & *vulnerati*. ſicut tamen G. & S. habent.

20 Creſcebat verbum *Dei* & *confortabatur*. MS. *pro*, verbum *Domini* & *confirmabatur*. G. habent, verbum *Domini* creſcebat & *dominabatur*. S. verò ſic legunt, Inualeſcebat progreſſuſque faciebat fides in *Deum*.

23 Turbatio nõ minima de via. Demetrius, &c. MS. G. *pro*, de via *Domini*. Demetrius, &c. S. habent, propter viam *Dei*.

CAP. 20.

4 Comitatus eſt autem eum *vſque in Aſiam Sopater* Pyrrhi. MS. G. S. *pro*, comitatus eſt autem eum *Soſipater* Pyrrhi.

7 Paulus diſputabat eis, profecturus. MS. G. *pro*, diſputabat *cum* eis. Syra habent, verba faciebat ad eos.

14 Cùm autem *conueniſſet* nos in Aſſon. MS. *pro*, *inueniſſet*, vel, *conueniſſemus* in Aſſon. G. magis videntur habere, Cùm autem *obuiaſſet*, vel, *coniunctus eſſet nobis* in Aſſon. S. vt autem recepimus eum, ex Theſo, &c.

15 Et ſequenti venimus Miletum. MS. G. *pro*, & ſequenti *die* venimus. ſicut S. tamen habent. Addunt quoque hic G. & S. *& ſubſtitimus Togillij*, & ſequenti, &c.

29 Lupi *graues* in vos. MS. G. *pro*, lupi *rapaces* in vos. S. habent, lupos *efferos*.

33 Argentum *aut* aurum. MS. G. S. *pro*, argentum & aurum.

CAP. 21.

7 Nauigatione *expleta*. MS. G. *pro*, *explicita*.

8 Qui erat de ſeptem. MS. G. *pro*, qui erat *vnus* de ſeptem. ſicut S. tamen habent.

16 *Mnaſonem* quendam. MS. G. S. *pro*, *Iaſonem* quendam.

CAP. 22.

12 Ab omnibus *habitantibus* Iudæis. MS. S. *pro*, *cohabitantibus in Damaſco* Iudæis. G. tamẽ habent, *in Damaſco*.

16 Et *abluere* peccata tua. MS. S. *pro*, *ablue*. G. cùm verbum habeãt medium, vtroque poſſunt verti modo.

28 Hanc *ciuitatem* conſecutus. MS. *pro*, *ciuilitatem*. ſicut tamen G. magis videntur habere.

CAP. 23.

9 Et *ſurgentes* quidam Phariſæorum. MS. G. *pro*, *exurgentes*. G. vtroque modo licet vertere. Addunt hic G. & S. Surgentes *quidam Scribæ ex partibus Phariſæorum*.

13 Plus quàm 40. qui hanc. MS. G. *pro*, plus quàm 40. *viri* qui, &c. vt S. tamen habent.

17 Adoleſcentem hunc *perduc* ad, &c. MS. *pro*, *adduc*. G. & S. magis habent, *abducito*.

23 Et *conuocatis* duobus. MS. *pro*, *vocatis*. G. & S. magis habent, *aduocatis*.

24 Vt imponentes Paulum, *eum* ſaluum. MS. S. *pro*, Paulum ſaluum, quo modo G. tamen habent.

25 *Timuit enim ne forte raperent eum Iudæi & occiderent, & ipſe poſtea calumniam ſuſtineret, tanquam accepturus pecuniam*: totum hoc negligunt quædam MS. G. & S.

35 Cùm & accuſatores tui. MS. G. *pro*, cùm accuſatores. quomodo S. tamen habent.

CAP. 24.

5 Et concitantem *ſeditiones* omnibus. MS. *pro*, *ſeditionem*, quomodo tamen & G. & S. habent.

6 Quem *apprehendimus*, à quo poteris ipſe iudicans. MS. quædam *pro*, Quem *& apprehenſum, voluimus ſecundum legem noſtram iudicare. ſuperueniens autem Tribunus Lyſias, cum vi magna eripuit eum de manibus noſtris, iubens accuſatores eius ad te venire*: à quo poteris ipſe iudicans. G. verò & S. hæc omnia habent, immò & verſui 7. nonnulla verba addunt. Manuſcriptis autem in eo conſentiunt, quòd legant, Quem *apprehendimus*, *pro*, quem *& apprehenſum*.

14 Sic deſeruio *patrio* Deo meo. MS. G. *pro*, *patri*. S. colere Deum patrum meorum.

18 Hanc verſus 18. partem, videlicet, *Et apprehenderunt me, clamantes & dicentes: Tolle inimicum noſtrum*, omittunt tum MS. tum G. tum S.

26 Quod pecunia daretur à Paulo. MS. *pro*, pecunia *ei* daretur. G. & S. habent, *ſibi*.

CAP. 25.

24 Interpellauit me Ieroſolymis, *& hic* petentes. MS. G. S. *pro*, Ieroſolymis, petentes.

CAP. 26.

7 In *quam* duodecim. MS. G. S. *pro*, in *qua*.

14 *Saul, Saul*, quid me perſequeris. MS. G. S. *pro*, *Saule, Saule*, quid. &c.

17 Eripiens te de *populo* &. MS. G. S. *pro*, de *populis* &.

11 Comprehenſum *me* tentabant interficere. MS. G. S. *pro*, comprehenſum tentabant, *volentes me* interficere. G. tamen non habent *me*.

26 Conſtanter *loquor*. MS. G. S. *pro*, *eloquor*.

31 Dignum quid *facit* homo iſte. MS. G. *pro*, *fecit*. ſic tamen Syra habent.

CAP. 27.

2 Nauem *Adrumetinam*. MS. *pro*, *Adramytenam*. G. habent, *Adramyttenam*. S. verò legunt, nauigium *quod erat ex Adramanto*.

2 Nauem

9 Eo quod & ieiunium. MS. G. *pro*, eò quòd ieiunium.

CAP. 28.

4 Qui cùm *euaſerit* de mari. MS. *pro*, *euaſit*. G. *quem ſaluatum* ex mari, &c.

6 Diu autem illis *ſperantibus*. MS. *pro*, *expectantibus*, ſicut tamen S. habent. G. verò vtroque modo poſſunt verti.

26 Et dic *ad eos*. MS. G. *pro*, & dic: Aure, &c. S. habent, & dic *eis*.

IN EPISTOLA D. PAVLI AD ROMANOS.

CAP. I.

3 Qui factus eſt ex ſemine Dauid. MS. G. S. *pro*, eſt *ei* ex ſemine.

13 Habeam & in vobis. MS. S. *pro*, habeam in vobis. ſicut G. tamen habent.

18 Qui veritatem in iniuſtitia detinent. MS. G. S. *pro*, qui veritatem *Dei* in iniuſtitia, &c.

20 Diuinitas: vt ſint inexcuſabiles. MS. G. *pro*, *ita* vt ſint inexcuſabiles. ſicut S. tamen habent.

25 In *mendacio*. MS. G. *pro*, in *mendacium*.

28 Vt faciant ea quæ non *conuenit*. MS. S. *pro*, quæ non *conueniunt*. ſicut G. tamen habent.

32 Non ſolùm ea faciunt, ſed etiam conſentiunt. MS. G. S. *pro*, non ſolùm *qui* ea faciunt, ſed etiam *qui* conſentiunt.

CAP. 2.

1 Eadem enim agis *qui* iudicas. MS. G. *pro*, *quæ* iudicas. ſicut S. tamen habent.

5 In *diem* iræ. MS. S. *pro*, in *die* iræ, ſicut G. tamen habent.

12 Sine lege & peribunt. MS. G. S. *pro*, ſine lege peribunt.

18 Et noſti voluntatem, & probas. MS. G. *pro*, voluntatem *eius*, &. ſicut S. tamen habent.

CAP. 3.

6 Iudicabit Deus mundum. MS. S. *pro*, Deus *hunc* mundum.

27 Vbi eſt ergo gloriatio? excluſa eſt. MS. G. S. *pro*, gloriatio *tua?* excluſa eſt.

30 Qui *iuſtificabit* circunciſionem. MS. G. *pro*, *iuſtificat*. ſicut S. tamen habent.

CAP. 4.

5 Reputatur fides eius ad iuſtitiam. Sicut & Dauid, &c. MS. G. S. *pro*, ad iuſtitiam, *ſecundum propoſitum gratiæ Dei*. Sicut & Dauid, &c.

9 In circunciſione, an etiam in præputio? MS. G. S. *pro*, in circunciſione *tantùm manet*, an etiam, &c.

16 Vt ſecundum gratiam, *vt* firma ſit. MS. G. S. *pro*, ſecundum gratiam firma ſit.

17 Ante Deum, cui *credidit* qui. MS. G. *pro*, *credidiſti*. ſicut S. tamen habent.

18 Secundum quod dictum eſt, ſic erit. MS. G. S. *pro*, dictum eſt *ei*, ſic erit.

18 Sic erit ſemen tuum. Et non infirmatus. MS. G. S. *pro*, ſic erit ſemen tuum, *ſicut ſtellæ cæli, & arena maris*. Et non infirmatus.

19 Corpus ſuum *iam* emortuum. MS. G. *pro*, corpus ſuum emortuum. vt tamen S. habent.

23 Quia reputatum eſt illi. Sed & propter nos. MS. G. *pro*, eſt illi *ad iuſtitiam*. Sed &, &c. ſicut S. tamen habent.

24 Qui ſuſcitauit Ieſum Dominum noſtrum. MS. G. *pro*, Ieſum *Chriſtum* Dominum noſtrum. ſicut S. tamen habent.

CAP. 5.

2 Habemus acceſſum *fide* in gratiam iſtam. MS. G. *pro*, habemus acceſſum *per fidem* in gratiam iſtam.

13 Peccatum autem non *imputatur* cùm lex non *eſt* MS. G. *pro*, non *imputabatur*, cùm lex non *eſſet*.

16 Et non ſicut per vnum *peccantem*. MS. *pro*, per vnum *peccatum*, ſicut S. tamen habent. G. verò legunt; Et non ſicut per vnum *qui peccauit*: habent enim Aoriſton participij.

17 Si enim *in* vnius delicto. MS. *pro*, ſi enim vnius delicto, ſicut G. tamen habent. S. verò legunt, Nam ſi *propter* vnius delictum.

20 Superabundauit gratia. MS. G. S. *pro*, ſuperabundauit & gratia.

21 Peccatum in *morte*: ita. MS. G. S. *pro*, in *mortem*.

CAP. 6.

16 Neſcitis quoniam cui. MS. G. S. *pro*, *An* neſcitis.

21 Quem ergo fructum habuiſtis tunc, in quibus. MS. G. *pro*, tunc *in illis*, in quibus.

CAP. 7.

2 Si autem mortuus fuerit vir, liberata eſt, &c. MS. G. *pro*, vir *eius*, liberata eſt, &c. ſicut S. tamen habent.

2 *Liberata* eſt à lege. MS. S. *pro*, *ſoluta* eſt. ſicut tamen G. magis habent.

3 Liberata eſt à lege, vt non ſit. MS. G. S. *pro*, à lege *viri*, vt non ſit.

CAP. 8.

7 Sapientia carnis *inimicitia* eſt *in Deum*. MS. G. S. *pro*, *inimica* eſt *Deo*.

7 Legi enim Dei non *ſubijcitur*. MS. G. S. *pro*, non *eſt ſubiecta*.

10 Spiritus verò *vita*. MS. G. S. *pro*, *viuit*.

10 Spiritus verò vita propter *iuſtitiam*. MS. G. S. *pro*, *iuſtificationem*.

20 Subiecit eam in *ſpem*. MS. *pro*, in *ſpe*.

23 Adoptionem filiorum expectantes. MS. G. S. *pro*, filiorum *Dei* exſpectantes.

34 Qui & eſt ad dexteram. MS. G. S. *pro*, qui eſt ad.

35 Quis nos ſeparabit. MS. G. S. *pro*, quis *ergo* nos.

CAP. 9.

4 Et gloria, & *teſtamenta*, &. MS. G. S. *pro*, *teſtamentum*.

6 Non enim omnes qui ex Iſrael, Iſraelitę ſunt. MS. G. S. *pro*, non enim omnes qui ex *circunciſione ſunt* Iſrael, *ij* ſunt Iſraelitæ.

10 Non ſolùm autem, ſed & Rebecca. MS. G. *pro*, non ſolùm autem *illa*, ſed.

10 Ex vno *concubitu* habens Iſaac *patre noſtro*. MS. Græca, ex *vno concubitum* habens Iſaac patre noſtro. Syra, cùm *vnius patris noſtri* Iſaac habuiſſet conſuetudinem.

31 Iſrael verò *ſectans* legem iuſtitiæ. MS. G. *pro*, *ſectando*.

CAP. 10.

8 Sed quid dicit? Prope eſt. MS. G. S. *pro*, ſed quid dicit *ſcriptura?* prope eſt.

13 Omnis enim *qui* inuocauerit. MS. G. *pro*, omnis enim *quicunque* inuocauerit.

16 Sed non omnes *obedierunt* Euangelio. MS. G. S. *pro*, *obediunt*.

CAP. 11.

5 Secundum electionem gratiæ factæ ſunt. MS. G. *pro*, gratiæ *Dei ſaluæ* factæ ſunt. S. quidem non habent *Dei*, ſed reſiduum *relictum eſt*, ſeu *remanſit* ſecundum electionem gratiæ.

19 *Dices* ergo. MS. G. S. *pro*, *dicis* ergo.

CAP. 13.

1 A Deo *ordinatæ* ſunt. MS. G. S. *pro*, *ordinata* ſunt.

5 *Ideo neceſſitati* ſubditi eſtote. MS. G. *pro*, *ideoq; neceſſitate*. S. *neceſſe eſt* nobis vt ſubiiciamur.

10 Dilectio, *proximo* malum non operatur. MS. S. *pro*, *proximi*, ſicut G. tamen habent.

14 Sed *induite* Dominum Ieſum. MS. S. *pro*, *induimini*. G. poſſunt vtroque verti modo.

CAP. 14.

2 Olus *manducat*. MS. G. S. *pro*, *manducet*.

9 Chriſtus & mortuus eſt. MS. G. S. *pro*, Chriſtus mortuus eſt.

11 Mihi *flectet* omne genu. MS. G. S. *pro*, *flectetur*.

19 Et quæ ædificationis ſunt inuicē. Noli propter. MS. G. S. *pro*, inuicem *cuſtodiamus*. Noli propter.

CAP. 15.

12 In *eo* gentes ſperabunt. MS. G. *pro*, in *eum*. S. *ſuper eum* ſperabunt.

13 In ſpe, *in* virtute. MS. G. S. *pro*, & virtute.

16 Oblatio gentium accepta, ſanctificata. MS. G. *pro*, accepta & ſanctificata. ſicut S. tamen habent.

18 Quæ per me non *effecit*. MS. G. S. *pro*, non *efficit*.

30 Et per charitatem ſpiritus. MS. G. S. *pro*, & per charitatem *ſancti* Spiritus.

CAP. 16.

23 Hoſpes meus & *vniuerſæ eccleſiæ*. MS. G. S. *pro*, & *vniuerſa eccleſia*.

27 Cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen. MS. G. S. *pro*, cui *honor* & gloria. G. tamen & S. non habent *cui*. G. verò etiam *ſeculorum* omittunt.

IN PRIORE D. PAVLI AD CORINTHIOS EPIST.

CAP. I.

10 Sitis autem perfecti *eadem mente*, & eadem *ſententia*. MS. S. G. *pro*, perfecti *in eodem ſenſu*, & *in* eadem *ſcientia*. G. tamen vtrobique habent præpoſitionem *in*.

20 Vbi *conquiſitor* huius ſeculi. MS. G. *pro*, *inquiſitor*.

CAP. 2.

1 Veni non *per ſublimitatem* ſermonis. MS. *pro*, *in ſublimitate*. G. habent, *per*, vel *ſecundum ſublimitatem*.

12 Non ſpiritum mundi accepimus. MS. S. *pro*, *huius* mundi.

CAP. 3.

4 Nonne *carnales* eſtis? MS. G. S. *pro*, nonne *homines* eſtis?

11 *Qui* eſt Chriſtus. MS. G. *pro*, *quod* eſt Chriſtus.

13 Dies enim declarabit. MS. G. S. *pro*, dies enim *Domini* declarabit.

CAP. 4.

8 Et vtinam *regnaretis*. MS. *pro*, *regnetis*.

8 Et nos vobiſcum *regnaremus*. MS. *pro*, *regnemus*. ſicut tamen G. habent.

CAP. 5.

7 Expurgate *igitur* vetus. MS. G. *pro*, expurgate vetus.

CAP. 6.

11 Et hæc *quidam* fuiſtis. MS. G. *pro*, *quidem*.

19 Quoniam membra veſtra, templum *eſt* ſpiritus ſancti. MS. *pro*, templum *ſunt* ſpiritus ſancti. G. & S. habent, Quoniam corpus veſtrum, templum eſt ſpiritus ſancti.

CAP. 7.

8 Si ſic *maneant*, ſicut & ego. MS. G. *pro*, *permanſerint*, vel *permaneant*.

11 Et vir vxorem *ne* dimittat. MS. *pro*, *non*.

24 In hoc *maneat* apud Deum. MS. G. *pro*, *permaneat*.

36 Non peccat, nubat. MS. G. S. *pro*, non peccat, *ſi* nubat. G. habent, *nubant*.

CAP. 9.

2 Si aliis non ſum Apoſtolus. MS. G. *pro*, & ſi aliis. ſicut S. tamen habent.

5 Nunquid non habemus poteſtatem, *mulierem* ſororem. MS. G. S. *pro*, *mulierculam*.

13 Edunt: qui altari. MS. G. *pro*, edunt: & qui.

CAP. 10.

17 *Nam* omnes de vno pane. MS. G. S. *pro*, omnes *qui* de vno.

28 Hoc *immolatitium* eſt idolis. MS. *pro*, hoc *immolatum* eſt idolis. G. vnum nomẽ habent, videlicet εἰδωλόθυτον.

29 Iudicatur ab *alia* cõſciẽtia. MS. G. S. *pro*, *aliena*.

31 Siue bibitis, *ſiue* quid facitis. MS. G. S. *pro*, ſiue bibitis, *vel aliud* quid facitis.

CAP. 11.

6 Si non velatur mulier & tondeatur. MS. G. S. *pro*, mulier, tondeatur.

7 Non debet velare caput: quoniam. MS. G. *pro*,

caput *ſuum:* quoniam ſicut s. tamen habent.

16 Neque *eccleſiæ* Dei. MS.G. *pro, eccleſia,* ſicut s. tamen habent.

27 *Vel* biberit calicem. MS.G. *pro, &* biberit.

CAP. 12.

3 Dicit anathema *Ieſum.* MS.G.S. *pro, Ieſu.*

CAP. 13.

3 Et ſi tradidero corpus meum vt ardeam. MS. G.S. *pro, ita* vt ardeam.

13 Nunc autem *manet* fides, ſpes, charitas. MS. G. *pro, manent.*

CAP. 14.

3 Hominibus loquitur ædificationem. MS.G.S. *pro,* loquìtur *ad* ædificationem.

10 Genera linguarum ſunt in mundo. MS. S. *pro,* in *hoc* mundo.

33 Sicut & in omnibus eccleſiis ſanctorum mulieres. MS. G. S. *pro,* ſanctorum *doceo* mulieres.

CAP. 15.

21 Quoniam *enim* per hominem mors. MS.G. *pro,* quoniam *quidem* per.

23 Deinde ij qui ſunt Chriſti, in aduentum eius. Deinde finis. MS.G.S. *pro,* Chriſti, *qui* in aduentum eius *crediderunt.* Deinde finis. G. & S. in *aduentu eius.* Deinde finis.

34 Euigilate *iuſtè* &. MS.G.S. *pro, iuſti.*

35 Sed *dicet* aliquis. MS.G.S. *pro, dicit.*

35 Qualiautem corpore *veniunt.* MS.G. *pro, venient,* ſicut s. tamen habent.

38 Dat illi corpus ſicut *voluit.* MS. G. *pro,* ſicut *vult.*

39 Sed alia *quidem* hominum, alia verò pecorum. MS. G, *pro,* ſed alia hominum, alia pecorum.

42 *Surgit* in incorruptione.

43 *Surgit* in gloria.
Surgit in virtute.

44 *Surgit* corpus ſpiritale. MS.G.S. *pro, ſurget.*

54 Cùm autem *corruptum hoc induerit incorruptionem, &* mortale hoc. MS. G. S. *pro,* cùm autem mortale hoc, &c.

CAP. 16.

12 De Apollo autem fratre, multum rogaui eũ. MS.G.S. *pro,* de Apollo autem fratre, *vobis notum facio, quoniam* multum rogaui eum.

IN POSTERIORE D. PAVLI AD CORINTHIOS EPIST.

CAP. 1.

6 Quæ operatur *in* tolerantiam. MS.G. *pro,* quę operatur tolerantiam.

12 Conuerſati ſumus in mundo. MS.S. *pro,* in *hoc* mundo.

18 Quia ſermo noſter qui *ſit* apud vos. MS. *pro,* qui *fuit* apud vos. G. & S. neutrum habent, ſed alterum ſubaudiunt.

20 Amen Deo ad gloriam *per nos.* MS.G. *pro,* gloriam *noſtram.* S. per ipſum *damus Amin ad gloriam Dei.*

21 Cõfirmat nos vobiſcum in *Chriſtum,* & qui. MS.G. *pro,* in *Chriſto.*

CAP. 2.

4 Quam charitatem *habeo* abundantius. MS.G. *pro, habeam.*

10 Cui autem aliquid *donatis,* & ego. MS.G.S. *pro, donaſtis.*

CAP. 3.

6 Non *literæ,* ſed *ſpiritus,* litera enim. MS.G. *pro,* non *litera,* ſed *ſpiritu,* litera enim. S. habẽt, non in *ſcriptura,* ſed in *ſpiritu.*

9 Damnationis, gloria eſt. MS. G.S. *pro,* damnationis, *in* gloria eſt.

12 Multa fiducia *vtamur.* MS.G. *pro, vtimur.*

CAP. 4.

1 Ideo habentes hanc *miniſtrationem.* MS. G. *pro, adminiſtrationem.*

5 Sed Ieſum Chriſtum Dominum: nos autem. MS. G. *pro,* Dominum *noſtrum*: nos autẽ, ſicut s. tamen habent.

6 *Qui* illuxit in cordibus noſtris. MS. G.S. *pro, ipſe* illuxit.

16 Noſter homo *corrumpitur,* tamen is. MS.G. *pro, corrumpatur.*

CAP. 5.

13 Siue enim mente *excidimus,* Deo. MS.S. *pro, excedimus.*

CAP. 6.

1 Adiuuantes autem *&* exhortamur. MS. G. *pro,* autem exhortamur.

CAP. 7.

12 Quam habemus pro vobis *ad vos* corã Deo. MS.G. *pro,* pro vobis coram Deo.

CAP. 8.

6 Perficiat in *vos* etiam. MS.G. *pro,* in *vobis.*

7 Et omni ſollicitudine, & charitate veſtra. MS. G. S. *pro,* & omni ſollicitudine, *inſuper* & charitate veſtra.

8 Etiam veſtræ charitatis, *ingenuum* bonum cõprobans. MS.G. *pro, ingenium.*

15 Qui multum *habuit,* non abundauit. MS.S. *pro,* qui multum, non abundauit, ſicut G. tamen habent.

23 Apoſtoli eccleſiarum, *gloria* Chriſti. MS.G. *pro, gloriæ.*

CAP. 10.

18 Sed quem *Dominus* commendat. MS. G. S. *pro, Deus* commendat.

CAP. 11.

17 Non loquor ſecundum *Dominum*: ſed quaſi MS.G.S. pro, *Deum.*

21 Quaſi nos infirmi fuerimus. In quo. MS.G.S. *pro,* fuerimus *in hac parte.* In quo.

23 Miniſtri Chriſti ſunt, (vt minus ſapiens dico) plus ego. MS.G.S. *pro,* miniſtri Chriſti ſunt, & ego (vt minus ſapiens dico) plus ego.

33 Et effugi manus eius. MS. G. S. *pro, &ſic* effugi.

CAP. 12.

6 Ne quis *in* me exiſtimet. MS.G. S. *pro,* ne quis me.

6 Supra id quod videt me, aut audit. MS.G.S. *pro,* videt *in* me, aut.

11 Nihil enim minus, *fui* ab iis. MS. S. *pro, feci.*

12 Signa tamen *Apoſtoli* facta ſunt. MS. G. *pro,* ſigna tamen *Apoſtolatus mei,* facta ſunt. S. habent, Signa *Apoſtolorum* edidi inter vos.

15 Et ſuperimpendar ipſe pro. MS. *pro, ego* ipſe, ſicut s. tamen habent. G. nec *ego* habent, nec *ipſe.*

CAP. 13.

3 Qui in *vos* non infirmatur. MS. G. *pro,* in *vobis.*

6 Spero autem quòd *cognoſcetis.* MS. G.S. *pro, cognoſcitis.*

IN EPISTOLA D. PAVLI AD GALATAS.

CAP. 2.

2 Seorſum autem iis qui videbantur: ne forté. MS.G. *pro,* qui videbantur *aliquid eſſe,* aut, *maiores:* ne forté. s. tamen habent, qui exiſtimantur *aliquid eſſe.*

5 Quibus neque ad horam ceſſimus *ſubiectione.* MS. *pro,* ceſſimus *ſubiectioni.* Græca & Syra videntur ſignificare, *ceſſimus ſubiectione,* vel ad ſubiectionem vt illis ſubiiceremur.

6 Qui videbantur eſſe, nihil contulerunt. MS. G. *pro,* eſſe *aliquid,* nihil, &c. ſicut s. tamen habent.

16 In Chriſto Ieſu *credidimus.* MS. G. *pro, credimus,* ſicut s. tamen habent.

18 Iterum hæc *ædifico.* MS.G.S. *pro, reædifico.*

CAP. 3.

1 *Inter vos* crucifixus? MS. *pro, in vobis,* ſicut G. tamen habent.

7 *Cognoſcitis* ergo quia. MS. *pro, cognoſcite.*

21 Lex quæ *poſſit* viuificare. MS. *pro, poſſet.*

CAP. 5.

19 Immunditia, luxuria. MS. *pro,* immunditia, *impudicitia,* luxuria. G. tamen & s. videntur *impudicitia* habere, & *luxuria* omittere.

24 Carnem crucifixerunt. MS. G. *pro,* carnem *ſuam* crucifixerunt, ſicut s. tamen habent.

CAP. 6.

6 Is qui catechizatur *verbum.* MS. G. *pro, verbo.*

IN EPISTOLA D. PAVLI AD EPHESIOS.

CAP. 1.

6 Gratificauit nos in dilecto. In quo. MS.G.S. *pro,* in dilecto *Filio ſuo.* In quo.

10 In *diſpenſationem* plenitudinis. MS. G. *pro,* in *diſpenſatione.*

22 *Super omnia, ipſi eccleſiæ.* MS. G. S. *pro, ſupra omnem eccleſiam.*

CAP. 2.

3 Facientes *voluntates* carnis. MS.G. *pro, voluntatem,* ſicut s. tamen habent.

12 *Quod* eratis illo in tempore. MS.G. *pro, qui* eratis.

12 Et ſine Deo in mundo. MS. S. *pro,* in *hoc* mundo.

14 *Inimititiam* in carne ſua. MS. G.S. *pro, inimicitias.*

16 Interficiens *inimicitiam* in. MS. G. S. *pro, inimicitias.*

CAP. 3.

7 Cuius factus ſum miniſter. MS.G.S. *pro,* cuius factus ſum *ego* miniſter.

16 Per ſpiritum eius in *interiorem hominem.* MS. G. *pro,* in *interiori homine.*

CAP. 4.

3 Sicut *&* vocati eſtis. MS.G. *pro,* ſicut vocati eſtis.

10 Vt *impleret* omnia. MS.G. *pro, adimpleret.*

30 In *diem* redemptionis. MS.G.S. *pro, die.*

CAP. 5.

11 Magis autem *&* redarguite. MS.G. *pro,* magis autem redarguite, ſicut s. tamen habent.

13 Omne enim quod *manifeſtat,* lumen eſt. MS.S. *pro, manifeſtatur.* G. ambigua ſunt, ſed præcedentia, declarant magis vertendum, *manifeſtat.*

23 Ipſe ſaluator corporis. Sed. MS.G.S. *pro,* corporis *eius.* Sed.

33 Vxor autem *vt* timeat virum. MS.G. *pro,* vxor autem timeat virum.

CAP. 6.

13 Et *omnibus perfectis* ſtare. MS.G. *pro, & in omnibus perfecti* ſtare. S. habent, quúmque inſtructi fueritis in omnibus, ſtetis.

IN EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

CAP. 1.

1 Cum epiſcopis & *diaconis.* MS. *pro, diaconibus.*

18 Chriſtus *annunciatur.* MS.G. *pro, annuncietur.*

24 Permanere autem in carne, *magis* neceſſarium. MS.G. *pro,* in carne, neceſſarium.

30 Et nunc *auditis* de me. MS.G.S. *pro, audiſtis.*

CAP. 2.

1 Si qua viſcera *ac miſerationes.* MS.G.S. *pro,* ſi qua viſcera *miſerationis.*

10 Cæleſtium

10 Cæleſtium & terreſtrium. MS. G.S. *pro*, cæleſtium, terreſtrium.
22 Mecum ſeruiuit in *Euangelium*. MS. G. *pro*, in *Euangelio*.

CAP. 3.

4 Quanquam ego habeam confidentiam in carne. MS. *pro*, quanquam & ego. G. & S. hoc quidem loco non habent &, ſed paulò pòſt, & in carne.
17 Sicut habetis formam *nos*. MS. G. *pro*, formã *noſtram*.

CAP. 4.

1 Gaudium & corona mea. MS. G. *pro*, gaudiũ *meum*, &, ſicut S. tamen habent.
8 Si qua laus, hæc cogitate. MS. G. S. *pro*, ſi qua laus *diſciplinæ*, hæc cogitate.
17 Requiro fructum abundantem, in *rationem veſtram*. MS. G. *pro*, in *ratione veſtra*.

IN EPISTOLA AD COLOSSENSES.

CAP. 1.

12 Gratias agentes Patri. MS. *pro*, gratias agentes *Deo* & Patri, ſicut G. tamen habent: S. habent, Deo Patri.
25 Data eſt mihi in *vos*. MS. G. *pro*, in *vobis*.
28 Docentes *omnem hominem* in omni ſapientia. MS. S. *pro*, docentes in omni ſapientia, ſicut G. tamen habent.

CAP. 2.

7 Confirmati fide. MS. *pro*, confirmati *in* fide, ſicut tamen G. & S. habent.
7 Abundantes in *ea*. MS. G. S. *pro*, in *illo*.
14 Chirographum *decretis*. MS. G. *pro*, *decreti*.
20 Ab elementis mundi. MS. S *pro*, *huius* mundi.
21 Ne *tetigeris*, neque *guſtaueris*, neque *contrectaueris*. MS. G. S. *pro*, ne *tetigeritis*, neque *guſtaueritis*, neque *contrectaueritis*.

CAP. 3.

1 Si conſurrexiſtis Chriſto. MS. G. *pro*, *cum* Chriſto.
14 Charitatem, quod eſt. MS. G. S. *pro*, charitatem *habete*, quod eſt.
20 Placitum eſt Domino. MS. *pro*, *in* Domino, ſicut G. tamen habent. S. habent, *coram* Domino.
25 Non eſt perſonarum acceptio *(apud Deum.)* MS. G. S. id quod parentheſi incluſum eſt non legunt.

IN PRIORI EPIST. AD THESSALONICENSES.

CAP. 1.

8 Sed & in omni loco. MS. G. S. *pro*, ſed in omni loco.

CAP. 2.

2 Fiduciam *habuerimus* in Deo noſtro. MS. *pro*, *habuimus*, ſicut G. tamen habent.
7 Sed facti ſumus *lenes* in medio veſtrum. MS. *pro*, paruuli. G. vtroque modo licet vertere. S. habent, *manſueti*.
13 Accepiſtis non vt verbum hominum. MS. G. *pro*, accepiſtis *illud*, non, &c. ſicut S. tamen habent.
16 Prẹuenit *autem* ira Dei. MS. G. S. *pro*, prẹuenit *enim* ira Dei.

CAP. 3.

6 Sicut nos quoque vos. MS. S. *pro*, ſicut & nos quoque vos. G. habent, ſicut & nos vos.

CAP. 4.

6 Sicut & prædiximus. MS. G. S. *pro*, ſicut prẹdiximus.
15 Reſidui ſumus in *aduentum* Domini. MS. G. *pro*, in *aduentu*.

CAP. 5.

27 Vt legatur epiſtola omnibus ſanctis. MS. *pro*, epiſtola *hæc* omnibus ſanctis, ſicut S. tamẽ habent.

IN POSTERIORI EPIST. AD THESSALONICENSES.

CAP. 2.

2 Neque per epiſtolam, tanquam per nos, quaſi inſtet. MS. G. S. *pro*, tanquam per nos *miſſam*, quaſi inſtet.
4 Oſtendens ſe *quia* ſit Deus. MS. G. *pro*, *tanquã* ſit Deus, ſicut S. tamen habent.
14 *Ad quod* & vocauit vos. MS. *pro*, *in quam* & G. habent, *In quod*: S. verò, *Ad hæc*.

CAP. 3.

11 *Audimus* enim inter vos. MS. G. *pro*, *audiuimus*, ſicut S. tamen habent.

IN PRIORI EPISTOLA AD TIMOTHEVM.

CAP. 1.

2 Gratia, miſericordia, pax à Deo. MS. G. *pro*, gratia, & miſericordia, & pax, ſicut S. tamen habent.
15 Venit in mundum. MS. S. *pro*, in *hunc* mundum.
16 Ad *deformationem* eorum. MS. *pro*, *informationem*, ſicut G. tamen habent. S. habent, vt exemplo iis eſſem, &c.

CAP. 2.

6 Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus, teſtimonium temporibus ſuis. In quo MS. G. S. *pro*, pro omnibus, *cuius* teſtimonium temporibus ſuis *confirmatum eſt*. In quo. S. tamen habent, teſtimonium *quod euenit* tempore ſuo.

CAP. 3.

2 Ornatum, hoſpitalem. MS. G. *pro*, ornatum, *pudicum*, hoſpitalem.

CAP. 4.

7 Exerce teipſum ad. MS. *pro*, exerce *autem* teipſum ad, ſicut G. tamen habent. S. habent, & exerce teipſum.
10 *Quod ſperauimus* in. MS. G. *pro*, *quia ſperamus*.

CAP. 5.

4 *Diſcant* primùm domum. MS. G. S. *pro*, *diſcat*.
5 *Sperauit* in *Deo*. MS. quædam, & G. Alia MS. legunt *ſperat*, *pro*, *ſperet in Deum*.

CAP. 6.

7 Nihil enim intulimus in mundum. MS. S. *pro*, in *hunc* mundum.
9 Laqueum & deſideria. MS. G. S. *pro*, laqueum *diaboli* & deſideria.
19 Vt apprehendant *veram* vitam. MS. S. *pro*, *bonam* vitam. G. habent, *æternam* vitam.

IN POSTERIORI EPIST. AD TIMOTHEVM.

CAP. 1.

9 Vocauit vocatione ſancta. MS. G. S. *pro*, vocatione *ſua* ſancta.

CAP. 2.

4 Nemo militans implicat. MS. G. S. *pro*, nemo militans *Deo* implicat.
8 Memor eſto Ieſum Chriſtum. MS. G. S. *pro*, memor eſto *Dominum* Ieſum Chriſtum.
14 (Ad nihil enim vtile eſt) ad ſubuerſionem. MS. G. S. *pro*, *niſi* ad ſubuerſionem.
25 Cortipientem eos qui reſiſtunt, nequando. MS. G. S. *pro*, qui reſiſtunt *veritati*, nequando. S. autem habent, qui contendunt *aduerſus ſe*.
26 A quo *capti* tenentur. MS. G. *pro*, *captiui*. S. quo capti (vel) irretiti ſunt.

CAP. 4.

5 Miniſterium tuum imple. Ego enim. MS. G. S. *pro*, imple. *Sobrius eſto*. Ego enim.
17 Prædicatio *impleretur*. MS. *pro*, *impleatur*, ſicut G. tamen habent.
18 *Liberabit* autem me. MS. G. S. *pro*, *liberauit*.
21 *Salutat* te Eubulus. MS. G. S. *pro*, *ſalutant*.

IN EPIST. AD TITVM.

CAP. 1.

9 Vt potens ſit & exhortari. MS. G. S. *pro*, vt potens ſit exhortari.

CAP. 2.

5 Prudentes, caſtas, domus curam. MS. G. S. *pro*, caſtas, *ſobrias*, domus curam.
7 *Integritatem*, *grauitatem*. MS. G. *pro*, *in integritate*, *in grauitate*.
11 Dei *ſalutaris*, omnibus. MS. G. S. *pro*, Dei *ſaluatoris noſtri*, omnibus.

IN EPISTOLA AD PHILEMONEM.

6 In agnitione omnis boni. MS. S. *pro*, omnis *operis* boni, ſicut G. tamen habent.
6 Boni *in vobis* in Chriſto Ieſu. MS. G. S. *pro*, boni in Chriſto Ieſu.
12 Quem remiſi. Tu autem. MS. G. *pro*, quem remiſi *tibi*. Tu autem, ſicut S. tamen habent.
12 Tu autem illum, id eſt, mea viſcera. MS. G. *pro*, tu autem illum, *vt* mea. S. habent, *ſicut* meum natum.

IN EPISTOLA D. PAVLI AD HEBRÆOS.

CAP. 1.

3 *Sedit* ad dexteram. MS. G. S. *pro*, *ſedet*.
12 Et velut amictum *inuolues* eos. MS. G. S. *pro*, *mutabis*.
14 Qui hæreditatem *capient*. MS. G. S. *pro*, *capiunt*.

CAP. 2.

5 Non enim angelis ſubiecit orbem terræ. MS. G. S. *pro*, ſubiecit *Deus* orbem terræ.
10 Per *paſſiones*. MS. G. S. *pro*, per *paſſionem*.

CAP. 4.

3 Ab inſtitutione mundi *factis*. MS. G. S. *pro*, *perfectis*.

CAP. 5.

7 Et lacrymis offerens, & exauditus. MS. G. S. offerens, exauditus.

CAP. 7.

9 Qui decimas *accipit*, decimatus eſt. MS. G. *pro*, *accepit*.
25 Semper viuens ad interpellandum pro *eis*. MS. G. S. *pro*, pro *nobis*.

CAP. 9.

12 Hircorum & vitulorum. MS. G. S. *pro*, *aut* vitulorum.
26 Ad *deſtructionem* peccati. MS. *pro*, *deſtitutionem*. S. vt aboleret peccatum. G. ad *abrogationem* ſeu *profligationem* peccati.

CAP. 10.

30 Mihi vindicta, ego retribuam. MS. G. S. *pro*, *vindictam*.

30 Et iterum: Iudicabit Dominus. MS. G. S. *pro*, & iterum, *quia* iudicabit.
39 Non ſumus ſubtractionis in perditionem. MS. G. S. *pro*, ſubtractionis *filij* in perditionem.
6 Impoſſibile eſt placere. Credere. MS. G. *pro*, placere *Deo*. Credere, &c. ſicut S. tamen habent.
34 *Effugerunt* aciem gladij. MS. *pro*, *effugauerunt*. G. habent, *fugerunt*. S. verò, *erepti ſunt* ab acie gladij.

CAP. 12.

1 Curramus propoſitum nobis. MS. G. *pro*, curramus *ad* propoſitum.
2 Atque in dextera ſedis Dei *ſedit*. MS. G. S. *pro*, *ſedet*.
4 Nondum vſque ad ſanguinem. MS. G. S. *pro*, nondum *enim* vſque.
11 Per eam, *reddit* iuſtitiæ. MS. G. *pro*, *reddet*.
19 Quàm qui *audierant*. MS. *pro*, *audierunt*.

CAP. 13.

1 Charitas fraternitatis maneat. Et. MS. G. *pro*, maneat *in vobis*. Et. ſicut S. tamen habent.
2 Per hanc enim *latuerunt* quidam. MS. G. *pro*, *placuerunt*. S. vtrumque coniunxiſſe videntur.
23 Cognoſcite fratrem *noſtrum*. MS. S. *pro*, *veſtrum*. G. neutrum habent.
24 Salutant vos de Italia. Gratia. MS. G. S. *pro*, de Italia *fratres*. Gratia.

IN SEPTEM CATHOLICIS EPIST. LECTIONES VARIÆ.

IN EPIST. D. IACOBI

CAP. 1.

25 In legem *perfectam*. MS. G. S. *pro*, *perfectæ*.

CAP. 2.

9 Si autem *perſonas* accipitis. MS. S. *pro*, *perſonam*. G. vnam habent dictionem, quæ ſignificat perſonas accipere.
13 Qui non *fecerit* miſericordiam. MS. *pro*, *facit*, vel *fecit*.

CAP. 3.

2 Hic perfectus eſt vir, *potens* etiam fræno. MS. G. *pro*, *poteſt*.
3 Ad conſentiendum nobis, & omne corpus. MS. G. S. *pro*, *etiam* omne corpus.
4 Circunferuntur à modico gubernaculo. MS. G. S. *pro*, circumferuntur *tamen*, vel *autem*, à modico.
12 Sic neque *ſalſam*, dulcem poteſt. MS. G. *pro*, *ſalſa*. Græcè enim eſt: ſic neque vllus fons, ſalſam & dulcem facere aquam. S. verò habent: ſic neque aquæ ſalſæ, poſſunt effici dulces.
14 Et contentiones in cordibus veſtris. MS. G. *pro*, & contentiones *ſunt* in cordibus veſtris.
17 Modeſta, ſuadibilis, plena miſericordia. MS. G. S. *pro*, ſuadibilis, *bonis conſentiens*, plena miſericordia.

CAP. 4.

5 Qui habitat in *nobis*. MS. G. S. *pro*, in *vobis*.
8 *Appropinquate* Deo, &. MS. *pro*, *appropiate*.
11 Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui. MS. G. *pro*, fratres *mei*. Qui. ſicut S. tamẽ habent.
12 Vnus eſt legiſlator. MS. G. *pro*, vnus eſt *enim* legiſlator. ſicut S. tamen habent.

CAP. 5.

3 Theſaurizaſtis in nouiſſimis. MS. G. S. *pro*, theſaurizaſtis *vobis iram* in nouiſſimis.
6 *Addixiſtis* & occidiſtis. MS. *pro*, *adduxiſtis*. G. & S. habent, *condemnaſtis*.
6 Et non *reſiſtit* vobis. MS. G. *reſtitit*.

VARIÆ LECTIONES IN PRIORI EPISTOLA D. PETRI.

CAP. 1.

6 In quo *exultatis*, modicum nunc. MS. G. *pro*, *exultabitis*. ſicut S. tamen habent. G. tamen, &, *exultatis*, & *exultate*, verti poſſe videntur.
8 Non videntes, credentes autem. MS. G. S. *pro*, non videntes *creditis*, credentes autem.
12 In *quæ* deſiderant. MS. G. S. *pro*, in *quem*.
21 Et ſpes eſſet in *Deum*. MS. G. *pro*, in *Deo*.

CAP. 2.

3 Si guſtaſtis quoniam. MS. G. S. *pro*, ſi *tamen* guſtaſtis.
3 Si guſtaſtis quoniam *ſuauis*. MS. *pro*, *dulcis*. S. habent, quoniam *bonus*.
8 In *quod* & poſiti ſunt. MS. G. *pro*, in *quo* & poſiti ſunt.
11 Obſecro tanquam aduenas. MS. S. *pro*, obſecro *vos* tanquam. ſicut S. tamen habent.
20 Sed ſi bene facientes, *patientes*. MS. G. *pro*, *patienter*.
21 Pro nobis, *nobis* relinquens. MS. S. *pro*, nobis, *vobis* relinquens, ſicut G. tamen habent.

CAP. 3.

4 *Quod* eſt in conſpectu Dei. MS. G. *pro*, *qui eſt*.
8 In *fine* autem omnes. MS. G. S. *pro*, in *fide* autem.
14 *Et* non conturbemini. MS. *pro*, *vt* non. G. habent, ne verò conturbemini.
18 Pro peccatis mortuus eſt. MS. G. *pro*, pro peccatis *noſtris* mortuus eſt. ſicut S. tamen habent.
19 His qui in carcere erant *ſpiritibus*. MS. G. S. *pro*, erant, *ſpiritu*.

CAP. 4.

2 Sed *voluntati* Dei. MS. G. S. *pro*, *voluntate*.
4 In quo *admirantur*. MS. quædam legunt *peregrinantur*. G. vtroque modo verti poſſe videntur: quod enim peregrinum & inſolens eſt, admiramur. S. habent, Et ecce nunc *admirantur*.
6 Secundum Deum ſpiritu. MS. G. S. *pro*, *in* ſpiritu.
7 Omnium autem finis *appropinquauit*. MS. G. *pro*, *appropinquabit*. S. habent, *inſtat*.
8 Mutuam in *voſmetipſos* charitatem. MS. G. S. *pro*, in *vobiſmetipſis*.
14 Quoniam *gloria* Dei ſpiritus *in vobis requieſcit*. MS. quædam al. *Gloriæ* & Dei ſpiritus *in vobis requieſcit*. G. verò ſic habẽt: Quoniam *gloriæ* & Dei ſpiritus *in vobis requieuit*. S. verò hoc legunt modo: Quoniam ſpiritus glorioſus Dei requieſcit ſupervos: *pro*, quoniam, *quod eſt honoris, gloriæ & virtutis* Dei, *& qui eſt eius* ſpiritus, *ſuper vos requieſcet*.
18 Vix *ſaluatur*. MS. G. S. *pro*, vix *ſaluabitur*.

CAP. 5.

1 Teſtis Chriſti paſſionum, & eius. MS. G. S. *pro*, *qui* & eius.

IN POSTERIORI EPIST. D. PETRI.

CAP. 1.

3 Et pietatem *donata eſt*. MS. G. *pro*, *donata ſunt*.
4 Per *quæ* maxima. MS. S. *pro*, per *quem*, aut *quam*.
8 Hæc enim *vobis quum* aſſint. MS. G. *pro*, hæc enim *ſi vobiſcum* aſſint.
16 Non enim *doctas* fabulas. MS. *pro*, *indoctas*: G. σεσοφισμένοις quod ſignificat *arte compoſitas* & *artificiosè confictas*, ſeu (vt ita dicatur) *ſophiſticatas* fabulas.

CAP. 2.

10 Non metuunt blaſphemantes. MS. G. *pro*, non metuunt *introducere* blaſphemantes.
13 *Coinquinationes* & maculæ. MS. G. *pro*, *coinquinationis*.
15 Exercitatum auaritia. MS. G. *pro*, *in* auaritia.
16 Subiugale mutum, in hominis. MS. G. *pro*, mutum *animal*, in hominis.
16 Subiugale mutum, hominis. MS. *pro*, *in* hominis. ſicut G. tamen habent.

CAP. 3.

9 Dominus promiſſi, ſicut. MS. G. *pro*, Dominus *promiſſionem ſuam*, ſicut.
12 In aduentum diei *Dei*. MS. G. *pro*, diei *Domini*.

IN EPISTOLA PRIMA D. IOANNIS.

CAP. 1.

4 Vobis, vt gaudium veſtrum. MS. G. S. *pro*, vobis, vt *gaudeatis*, & gaudium veſtrum G. tamen & S. *pro*, *veſtrum*, habent *noſtrum*.

CAP. 2.

14 *Scripſi* vobis *adoleſcentes*. MS. G. *pro*, *ſcribo* vobis *iuuenes*.
22 Ieſus eſt Chriſtus. MS. S. *pro*, Ieſus *non* eſt Chriſtus. ſicut G. tamen habent.

CAP. 3.

11 Vt *diligatis* alterutrum. MS. S. *pro*, *diligamus* ſicut G. tamen habent.
15 In *ſemetipſo* manentem. MS. *pro*, in *ſe* manentem. ſicut tamen G. & S. habent.

CAP. 4.

4 Et viciſtis *eos*. MS. G. S. *pro*, *eum*.
14 Miſit Filium ſaluatorem. MS. G. *pro*, Filium *ſuum* ſaluatorem. ſicut S. tamen habent.
21 Habemus *ab eo* vt. MS. G. S. *pro*, habemus *à Deo* vt.

CAP. 5.

7 Teſtimonium dant cælo. MS. *pro*, dant *in* cælo, ſicut G. tamen habent. S. hunc verſum non habent.
13 Hæc *ſcripſi* vobis. MS. G. S. *pro*, *ſcribo*.
15 Quas *poſtulauimus* ab eo. MS. G. S. *pro*, *poſtulamus*.
16 Ad mortem, *petet*, & *dabit* ei *vitam*, *peccantibus*. MS. G. *pro*, *petat*, & *dabitur* ei *vita*, *peccanti*. ſicut S. tamen habent, niſi quod pro *peccanti*, habeant *peccantibus*.

EPISTOLA D. IOANNIS SECVNDA.

7 Veniſſe in *carne*. MS. G. *pro*, veniſſe in *carnem*.
11 Totum iſtud: *Ecce prædixi vobis, vt in die Domini non confundamini*, negligunt & MS. pleraque & G.

EPISTOLA S. IVDÆ.

3 Deprecans *ſupercertare*. MS. *pro*, *ſupercertari*. G. ambigua ſunt.
14 Prophetauit autem de his. MS. *pro*, & de his, ſicut G. tamen habent.
18 Ambulantes *impietatum*. MS. G. *pro*, *in impietate*, vel *impietatibus*.
20 Sanctiſſimæ *veſtræ* fidei. MS. *pro*, *noſtræ*. ſicut G. tamen habent.
21 *Ipſos vos* in dilectione. MS. *pro*, *voſmetipſos*.
24 In exultatione, ſoli Deo. MS. G. *pro*, in exultatione, *in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti*, ſoli Deo.

IN

IN APOCALYPSI D. IOANNIS APOSTOLI, LECTIONES VARIÆ.

CAP. 1.

13 Candelabrorum ſimilem. MS. G. *pro*, candelabrorum *aureorum* ſimilem.

CAP. 2.

1 *Et* in huius capitis initio negligunt MS. & G.
4 Habeo aduerſum te, quod charitatem. MS. G. *pro*, habeo aduerſum te *pauca*, quod.
19 Et charitatem & miniſterium. MS. G. *pro*, & charitatem *tuam*, &.
22 Ecce *mittam* eam in lectum. MS. *pro*, ecce *ego mitto* eam. G. habent, ecce *mitto* eam.
23 Interficiam in *morte*. MS. G. *pro*, in *mortem*.
24 Doctrinam hanc, qui non cognouerunt. MS. G. *pro*, & qui non.
24 Qui non cognouerunt *altitudines* ſathanæ. MS. G. *pro*, *altitudinem*.
26 Et qui vicerit, & *qui* cuſtodierit. MS. *pro*, & cuſtodierit. G. habent, & vincens, & cuſtodiens.
27 In virga ferrea, tanquam vas figuli. MS. G. *pro*, & tanquam.

CAP. 3.

2 Non enim *inueni* opera tua. MS. G. *pro*, *inuenio*.

CAP. 4.

3 Et *Sardini*. MS. *pro*, *Sardij*. G. habent, ſimilis aſpectu lapidi Iaſpidi & *Sardio*.

CAP. 5.

5 *Dicit* mihi. MS. G. *pro*, *dixit* mihi.
9 Dignus es accipere. MS. G. *pro*, dignus es *Domine* accipere.
10 *Regnabimus*, vel, *regnabunt* ſuper terram. MS. G. legunt, *regnant*. Compl. autem, *regnabimus*.

CAP. 6.

13 Et ſtellæ *cæli* ceciderunt. MS. G. *pro*, & ſtellæ *de cælo* ceciderunt.

CAP. 7.

1 Ne *flaret ventus* ſuper terram. MS. G. *pro*, ne *flarent* ſuper terram.
3 Nolite nocere terræ, *neque* mari. MS. G. *pro*, terræ & mari.

CAP. 8.

3 Vt daret orationibus ſanctorum. MS. G. *pro*, vt daret *de* orationibus.
3 Ante thronum. Et. MS. G. *pro*, ante thronum *Dei*. Et.
12 Et *nox* ſimiliter. MS. G. *pro*, *noctis*.
13 Vocibus *tubæ* trium angelorum. MS. G. *pro*, vocibus trium angelorum.

CAP. 9.

5 Vt *cruciarentur*, menſibus. MS. *pro*, vt *cruciarent*, menſibus. G. habent, vt *crucient*.

CAP. 11.

15 In ſecula ſeculorum. Et. MS. G. *pro*, ſeculorum, *Amen*. Et.

CAP. 12.

2 In vtero habens, *clamat*. MS. *pro*, *clamabat*. ſicut G. tamen habent.
7 Et factum eſt prælium in cælo. MS. G. *pro*, prælium *magnum* in cælo.

CAP. 13.

8 Omnes qui *inhabitant* terram. MS. *pro*, *inhabitabant*. G. poſſunt vtroque modo verti.
17 Niſi qui *habet* characterem. MS. *pro*, *habeat*. G. vtroque modo poſſunt verti.

CAP. 17.

4 Plenum *abominationum*. MS. G. *pro*, *abominatione*.
6 Cum *vidiſſem* illam. MS. G. *pro*, *viderem*.
10 Vnus eſt, alius nondum venit. MS. G. *pro*, vnus eſt, & alius.
12 Vna hora *accipiunt* poſt. MS. G. *pro*, *accipient*.

CAP. 19.

11 Et *in* iuſtitia iudicat. MS. G. *pro*, & *cum* iuſtitia.
15 Procedit gladius acutus. MS. *pro*, gladius *ex vtraque parte* acutus. ſicut G. tamen habet.
20 In ſtagnum ignis *ardens ſulphure*. MS. G. *pro*, ignis *ardentis*, & *ſulphuris*. G. tamen præpoſitionem interiiciunt, hoc modo: ardens *in* ſulphure.

CAP. 20.

4 Nec acceperunt characterem in frontibus. MS. G. *pro*, characterem *eius* in frontibus.

CAP. 21.

15 Habebat menſuram *arundinem* auream. MS. G. *pro*, *arundineam*.

CAP. 22.

5 Quoniam Dominus Deus *illuminat* illos. MS. *pro*, *illuminabit*. ſicut G. tamen habet.
7 Verba libri huius. MS. *pro*, verba *prophetiæ* libri huius. ſicut G. tamen habent.
9 Verba libri huius. MS. G. *pro*, verba *prophetiæ* libri huius.
11 Qui iuſtus *eſt*, *iuſtitiam faciat* adhuc. MS. G. *pro*, qui iuſtus, *iuſtificetur* adhuc. G. tamen non habent *eſt*.

FINIS.

APPROBATIO.

HAS varias in Latinis Bibliis editionis vulgatæ lectiones ex manuscriptis collectas, & ad textum Hebraicum, Caldaicum, Græcum & Syriacum examinatas, cum summa sacræ Scripturæ studiosorum utilitate imprimendas, nos infrascripti Theologi censemus. Louanij, die 4. Februarij, 1572.

Augustinus Hunnæus.
Cornelius Reyneri Goudanus.

LOCA QVÆDAM IN QVIBVS A LIBRARIIS ERROR ALIQVIS COMMISSVS VIDERI POTERAT, QVEM TAMEN EX MANVSCRIPTIS DEPREHENDERE NEQVIVIMVS.

GENESIS 30.

versu 35. Cunctum autem gregem vnicolorem, id est, albi & nigri vel ideris tradidit in manu filiorum suorū. Hactenus non vidi Ms. quæ aliter legerent: posset tamen dubitari an pro *vnicolorem*, non sit legendum *bicolorem* aut *varicolorem*; cùm omnes codices Hebræi & Caldæi (quibus etiam Græci fauere videntur) consta nter legant: Omne in quo erat album (seu macula alba) & omne nigrum (seu nigram maculam habens) in pecudibus, & d dit in manu filiorum suorum. Ipsa quoque conuentionis ratio videtur significare, quòd maculosæ pecudes essent in manu fi liorum Laban; vnicolores verò, id est, omnino albæ vel nigræ sine macula, essent in manu Iacob; quodque Iacob habiturus esset varias ex vnicoloribus natas.

1. REGVM 14.

14. In media parte iugeris, *quam* par boum in die arare consueuit. anne potius legendum videtur, in media parte iugeris *quod* par boum in die arare consueuit, vt referatur relatiuum non ad partem, sed ad iugerum; nam par boum integrum iugerum arat vno die.

CAP. 20

6. Si *respiciens* requisierit me pater tuus. anne fortè legendum, Si *requiren s* requisierit me pater tuus; sicut legunt Hebræa, Caldæa, & Græca.

CAP. 23.

19. in colle Achilæ, quæ est. anne potius legendum cum Græcis, in colle A chilæ, qui, scilicet collis, est &c. Idem cap. 26. v. 1. econtrario 2. Regum 6. v. 3. videtur positum, qui erat in Gabaa, pro, quæ (scilicet domus) erat in Gabaa.

ESTHER.

CAP. 8.

15. Hyacinthinis videlicet & *aerinis*. fortasse scriptum fuit olim, & *aeriis*, id est, ætherei coloris: nam חור candorem seu album colorem significat.

SAPIENTIÆ.

CAP. 1.

v. 6. non liberabit *maledictum* à labiis suis. posset videri olim lectum fuisse, non liberabit *maledicum* à labiis suis, cùm Græci habeant βλάσφημον blasphemum. D. Hentenius in margine Bibliorum Louanii primùm editorum notauit vnum exemplar sic legere. Cæterùm cùm ex omnibus exemplaribus M s. quæ habebamus, nullum esset quod legeret *maledicum*, non ausi fuimus inter manuscriptorum varias lectiones collocare.

CAP. 8.

v. 17. immortalis est in cogitatione sapientia. multa Ms. legunt, immortalitas est in cogitatione sapientiæ: quod propiùs accedit ad Græcum textum, ex quo tamen videri possit scriptum *cogitatione* pro *cognatione*, cùm Græcis sit συγγενείᾳ.

CAP. 19.

v. 13. per vim *fluminum*. ex Græco videri posset scribendum *fulminum*, pro fluminum, τῶν κεραυνῶν.

IESAIAS.

CAP. 40.

v. 2. completa est malitia eius. Sic quidem Ms. sed inquirat diligens lector an non fuerit olim lectum, completa est militia eius: cùm Heb. sit עָבְאָהּ. ex commentariis D. Hieronymi difficile est iudicare vtrum ipse legerit.

v. 9. ascende tu *qui* euangelizas Sion. Heb. מְבַשֶּׂרֶת fœmin. gen. euangelizans Sion. legit quoque Hieron. tu *quæ* euangelizas Sion, & asserit in commentariis sic omnes interpretes vertisse.

IEREMIAS.

CAP. 36.

v. 13. *legentem* Baruch ex volumine. anne sit potius scribendum, *legente* Baruch ex volumine, vt sit ablatiuus absolutè positus: nam G. habent ἀναγινώσκοντος τοῦ Βαρούχ: Heb. בְּקָרֹא in legendo, seu cùm legeret Baruch.

CANDIDO LECTORI

GVIDO FABR. BOD. IN TABVLAM TITVLORVM TOTIVS NOVI TESTAMENTI SYRIACI.

E QVID ad totius Regij huius operis complementum deeſſet, candide Lector, feſtorum rituumque ab omnibus Chriſtianis Eccleſiis Aſiæ receptorum Indicem hîc etiam addendum duximus, prout & in codice Viennenſi, & in antiquiſſimo exemplari manuſcripto Eccleſiaſtici huiuſmodi ritus & ceremoniæ, titulis paſſim in nouo Teſtamento interiectis, continebantur. Atque vt pauca de multis Syrorum obſeruationibus intelligant Catholicæ Romanæque Eccleſiæ alumni; libuit hîc adſcribere, quæ in Epiſtola quadam Iohannes Albertus VVidmanſtadius Iuriſconſultus, & Hexarchiæ Orientalis Auſtriæ, dum in viuis ageret, Cancellarius, annotauit. Sic enim futurum ſperamus, vt & plus lucis ad hunc indicem intelligendum, & plus ponderis ad faciendam omnibus fidem de conſenſu Orientalis Eccleſiæ cum Occidentali tanti viri teſtimonium afferat. Propria itaque eius verba ſubiungo: Operæpretium, inquit, in præſentia facturum me arbitratus ſum, ſi capitum titulos, horum librorum contextui interiectos ſecernerem, eosque in Feſtos dies anniuerſarios, quos Syri vetuſtiſsimo, atque ex Apoſtolorum doctrina deriuato inſtituto agunt, deſcriberem, latinosque è regione factos, huius operis fini adplicarem: vt ij, quibus Latinæ Eccleſiæ ritus inuiſi ſunt, vel hinc facilè intelligerent, apud Syros Chriſtianorum omnium primos, eoſdem ferè, aut certè ab illis, propter quos à communi Eccleſiæ conſenſu diſtracti nuper ſunt, non alienos ritus & mores ad hanc vſque ætatem extitiſſe. Atque vt dilucidiora hæc fiant, paucis nonnulla apud vos perſequi libet, quæ ad finem huius operis, per hos Dierum & Sacrorum indices properanti in mentem venerunt: reliqua in libro qui ܓܙܐ ܕܙܗܒ hoc eſt, Ærarium, inſcribitur, & Ephremi, Iacobi, Balaij, Cocoij, aliorumque & vitæ ſanctitate & doctrina excellentium Syrorum auctoritate conſtat, diffusè explicata ſunt. Anni igitur Ritualis initium circiter Cal. Nouembr. ita ſtatuunt Syri, vt Natalem Chriſti Dominici dies VIII. antecedant: Primo templi dedicationem celebrant: Altero Encænia: Tertio Annuntiationem Zachariæ patri, de Iohan. Baptiſtæ filij ortu factam: Quarto Annuntiationem Virgini Mariæ de filio Dei in hanc vitam per eam ingreſſuro factam: Quinto Virginis matris ad Eliſabam profectionem, quam celebritatem Vrbanus VI. Pont. Max. Apoſtolica ſede ex eo ſchiſmate, quod tandem Conſtantienſis Concilij auctoritate extinctum fuit, grauiſsimè laborante, in Eccleſiam Latinam introduxit: Sexto Natiuitatem Iohan. Baptiſtæ: Septimo Oraculum Ioſepho editum de grauida, præter expectationem, coniuge non deſerenda: Octauum autem diem Dominicum, Antenatalitium appellant: quem die XXV. Decembris Natalis Ieſu Chriſti, poſtero Virginis puerperæ, tertio inde die Innocentum puerorum celebritas, hanc Dominicus à Natali proximus, poſteaque niſi in ipſum quoque incidat, Circunciſionis Chriſti feſtus dies ſequitur: Sexta deinceps luce Epiphaniæ, quæ & Luminũ feriæ à Syris dicuntur, & luminarium frequentiore vſu celebrantur, ſuccedunt. Ea nocte Aqua ſolenni precatione ſacratur, quæ toto anno in Sacrariis conſeruari ſolet. Capitis Iohannis Baptiſtæ amputationem altero die celebrant, ac inde ab Epiphaniis numerant aliquot Dominicos dies, quibus ſubiunguntur tridui Rogationes, quas Niniuiticum ieiunium appellant; dehinc Chriſti templo oblati dies, ordineque ſuo Dominici funebres duo, prior ſacerdotibus, poſterior cæteris vita defunctis Chriſtianis dicati, quibus eorum ſepulchra ceremoniis ſtatis obire conſueuerunt: dein qui ſequuntur dies Dominici ſex, Ieiunij appellatione cenſentur, cuius dies XL^s. præcipuo Syrorum cultu, propter integrum, æquè ac XX^s. propter dimidium Quadrageni Ieiunij tempus emenſum notabilis, in Veneris diem à Dominico ſexto proximum incidit: quem Lazari à mortuis excitati Sabbathum, & mox Dominicus dies Hoſchanæ, quem nos Palmarum nominamus, conſequuntur. Hebdomada inde continua à paſsione & quiete Chriſti, nomen apud eos accepit: in qua Iouis dies propter ſacræ Synaxeos myſteria, Secretorum nuncupatur: quo & chriſma ob Sacerdotium eo die inſtitutum à Pontificibus conſecratur, ablutionisque pedum ceremonia peragitur. Sabbathum eius hebdomadæ Annuntiationis idcirco appellatur, quòd eo Chriſtus patribus apud Inferos agentibus annuntiarit, extremo ſuo ſupplicio ſalutem eis partam iam eſſe. Dominicæ Reſurrectionis dies à Syris Magnus, & octauus ab eo, Nouus, diesque labentis inter vtrunque ſeptimanæ, Candidatorum vocantur: non alia profectò ratione, quàm Latina Eccleſia Sabbathum & hunc ipſum Dominicum diem in Albis appellat. Nam cùm olim Chriſtianæ militiæ ſacramento obligandi, per hoſce tantùm dies, & ab Epiſcopis tantùm, ſacro fonte abluerentur, linteisque tunicis candidis & cucullatis profeſsionem ſuam teſtarentur; hoc die Dominico Epiſcopo ſeſe offerre, veſtes candidas ponere; ac, ſi qui Romæ baptizati fuiſſent, à Pontificib. Max. cerea ſigilla vexilliferi agni

figura expreſſa, & aquæ chriſmatis admixtione conſecratæ immerſa, tanquam ſymbola Baptiſmatis amuletaque ſacra accipere conſueuerunt: atque adeò miniſtros Baptiſmi baptizatosque, candidatos eſſe debere receptum fuit, vt Epiſcopi, quibus tum ſolis baptizandi munus deferebatur (ne obueniente neceſſitate, officio ſuo deeſſe vſpiam poſſent) abſque lintea tunica candida in publicum nunquam prodirent. Vnde tunicæ eiuſmodi vſus à ſummis aliisque Pontificibus (niſi minores Pontifices, è monaſtica vita ad eum dignitatis gradum euocati ſint) ad hanc vſque diem retentus fuit: qui ſuccedentibus inde ſæculis etiam Pileatis Notariis, ad ſcribendas in vrbe Romana Martyrum hiſtorias olim deſtinatis, tanquam inſigne dignitatis fuit permiſſus. Sacræ porrò ceræ illius imagines, quas Agnos Dei appellãt, in Vaticanæ Baſilicæ apſide teſſellati operis, aræ pontificiæ imminente, ex Conſtantiniani operis ſtructura extant: quas mihi olim Marcellus II. Pont. Max. ſanctiſſimusque, iam tum priuatus, veluti argumentum ceremoniæ ante Conſtantini Magni imperium vſitatæ oſtendit. Sed hæc de Candidatorũ hebdomada ſatis. A Dominico hoc die Nouo, quarto, ni fallor, Veneris die, ſunt Auri feriæ, quibus Petri Apoſtoli claudum ad Specioſam portam ſanantis Memoria, ſolenni quiete cultuque repetitur. Auri verò nomine ex Petri reſponſo, quo ſibi aurũ argentumq. eſſe negauit, deſignatæ fuerunt. Aſcenſionis dies à Reſurrectione Quadrageſimum, & Dominicus Pentecoſtes ſuum, hoc eſt, Quinquageſimum implet. Hoc die Syri genibus nixi, parteq. corporis ſupra genua extante erecta precantur: quem ritum ipſi Genuum Poſitionem, qua eo tantum die vtuntur, appellant. reliquis enim anni diebus, adorantium aut ſupplicantium ſpeciem, vel prono corporis motu exhibent, vel terræ oſculatione, à qua nulla interpoſita mora reſurgunt, vt à Mahomedanis, qui Engonaſi illa vti ſolent, differrent. Religioſè etiam ſanctam Crucem venerantur, à cuius die nonnulli quoque Dominici dies nuncupati fuerunt. Incruentum verò illud ſacrificium מהקבש illi vocant, & ea quæ ante id peraguntur מהקבש id eſt, Acceſſus vel oblatio. Quapropter nimiam ſecuritatem polliceri opinionibus ſuis videntur, qui è Catholicis ſacris, donorum, munerum, & ſacrificiorum mentionem conantur eximere, perſuaſumque habent, ad arbitrium ſuum reuocatum iam eſſe, quicquid Latinæ Eccleſiæ Pontifices, Patrumque concilia quacunque ætate cenſuerunt: cùm de iſtorum mobilitate præter multò maximam Europæ partem, etiam Aſiaticæ & Africanæ Eccleſiæ non modò præiudicent, ſed pręterea etiam in hoc iudicent grauiſſimè, quòd Veſpertinas, Nocturnas, Matutinas, aliasque precationes, in certas horas diſtributas habeant: Defunctorum memoriam in Sacrificiis retineant: Sacerdotes & Epiſcopos, templa item & altaria, ac demum etiam Epiphaniarum nocte aquam populo in domos toto anno diſtribuendam ſacrent: Ieiuniorum ſtatorum leges inſigni abſtinentia obſeruent: Monaſticæ vitæ mancipandos tondeant: Sacerdotes & Monachos, poſtquam mariti facti ſunt, à Sacris tractandis arceant: aliaque infinita in maiorum ſuorum more antiquiſſimo poſita conſeruent, in quibus abrogandis Latinæ Eccleſiæ aduerſarij, vt à communi Religionis Catholicæ conſenſu ſecederẽt, ſatis iuſtas & ſpecioſas cauſas ſe habuiſſe videntur. Hæc ille. Quæ à me huc allata vt ab homine vnitatis totius Eccleſię Chriſtianæ, atque collectionis omnium membrorum eius ſtudioſiſſimo æqui bonique conſulas velim, beneuole Lector, inſumptique à nobis laboris fructus, pari animi candore, quo à nobis proficiſcuntur, excipias, te etiam atque etiam rogo. Bene vale. Antvverpiæ in ædibus Chriſtophori Plantini Catholicæ Maieſtat. Prototypographi. &c.

TABVLA EVANGELICARVM LECTIONVM, SICVTI EÆ EX MATTHAEO, MARCO, LVCA, ET IOHANNE IN DOMINICOS ET festos dies anniuersarios, Ecclesiæ Syriacæ ritu distribuuntur. Numeri versibus singulis adscripti, ad paginas, in quibus Lectionum eiusmodi capita literis minoribus distincta sunt, referri debent.

Matutinis Decapitationis Iouchanon Baptistæ. 180

Ad Oblationem Decapitationis Iouchanon. 44

Ad Vesperam Dominicæ post Epiphaniam. 146

Dominica post Epiphaniam. 12

Dominica post Epiphaniam. 274

Matutinis Dominicæ post Epiphaniam, & de Baptismo. 396

Matutinis Dominicæ post Epiphaniam. 388

Ad Oblationem Dominicæ post Epiphaniam. 390

Vespere Dominicam I I. *post Epiphaniam præcedente.* 252

Eodem. 48

